




Nowy gmach c. k. Gimnazyum w Bochni.

SPRAWOZDANIE

DYREKCYI C. K. GIMNAZYUM NIŻSZEGO

W BOCHNI

za rok szkolny 1887.



13857



1887.

Z Drukarni W. Piśza w Bochni.



Ry. i kw.
Spr. 6

T R E Ś Ć:

1. Z przeszłości miasta Bochni przez prof. H. Machnickiego (Aus der Vergangenheit der Stadt Bochnia vom Prof. H. Machnicki.)
 2. Krótki rys założenia i rozwoju c. k. gimnazjum w Bochni przez dyrektora Teodora Bilousa (Kurzer Abriss der Gründung und Entwicklung des k. k. Gymnasiums in Bochnia vom Director Theodor Bilous.)
 3. Wiadomości szkolne (Schulnachrichten.)
-

Z przeszłości miasta Bochni.

Część pierwsza.

SŁOWO WSTĘPNE.

Archiwum miasta Bochni, obejmujące czasy Rzeczypospolitej składa się ze 64 ksiąg in folio, które są w stanie bardzo potrzebującym opieki, jeżeli się chce takowe od zniszczenia zachować. Oprócz tych ksiąg jest jeszcze kilkanaście pergaminów z pieczęciami i bez nich mniejszej wartości historycznej lub archeologicznej. Wszystkie księgi są w skórę oprawne a foliały z 15 i 16 wieku nawet ręce mistrza w oprawie zdradzają. Piękność pisma a tu i ówdzie początkowe litery piórem i czernidłem wykonane nieustępują wcale artystom w rzeczach tego rodzaju w Niemczech.

Te wyżej wspomniane księgi zawierają akta urzędowe tak cywilne (radzieckie consulum) jak sądowe (ławnicze scabinorum) a obejmują sprawy wewnętrzne i dzieje poniekąd mieszkańców tej gminy od roku 1486 do roku 1787.

Księgi z 15 stulecia mają zupełnie odmienny kształt: są to foliały przez pół na długość złożone. Język do końca 15 wieku wyłącznie łaciński, w 16 polski spotyka się, w 18 na przemianę ten i ów. Pismo do 15 wieku również odrębne gotyckie, które się powoli łamie i zakręga.

Jest rzeczą pewną, że księgi miejskie obejmujące okres 1253—1486 istniały w porządku do wielkiego pożaru w r. 1561, w którym uległy zniszczeniu wraz z połową Bochni. Z pozostałych wiele nosi ślady zniszczenia przez ogień.

Archiwum zawiera jeden foliówkę, niby katolog, który obejmuje spis wszystkich obywateli miejskich osiedlających się w Bochni w czasie od 1531 do 1656 roku bez przerwy. Posiada też jeden wybornie zachowany egzemplarz prawa saskiego, vulgo speculum Saxonum, z drukarni Hieronima Vietora z r. 1535.

Mало jest miast w kraju, któreby posiadały swe zapiski urzędowe w takiej ilości jak miasto Bochnia i któreby skutkiem tego mogły dać obraz swych dziejów w czasie największego rozkwitu i dobrobytu a także i upadku zupełnego na schyłku 18 wieku, co wszystko może być przedmiotem dalszym tej pracy. W tej zaś części pierwszej umieszczone są wszystkie akta, przy-

wileje i dokumenta dotyczące się ogólniejszych stosunków gminy miasta Bochni, a które bądź z oryginałów, bądź z transkryptów pod rokiem 1777 do ksiąg miejskich wciągnięte i roborowano zostały z tego powodu, że po zajęciu Galicyi zarząd Żup bocheńskich w nowym składzie swoim, ustanowiony w miejsce dawnego urzędu Podżupkowskiego, zabrawszy pieczęć gminną i inne insygnia władz magistratualnych, przywłaszczyć sobie chciał także władzę burmistrza i takową de facto krótki czas sprawował. Rada miejska tedy protestując przeciw temu postępowaniu, przepisała wszystkie ważniejsze dokumenta, a oryginały, na których opierała swe niewygasłe prawa, przesała do kancelaryi nadwornej do Wiednia, z kąd już nie wróciły więcej. Cel jednak osiągnięto, gdyż srebrną pieczęć burmistrzowską Żupy zwrócić musiały.

Oprócz aktu fundacyjnego z roku 1253, żaden inny drukowany nie był i nie jest znany.

W księgach miejskich znalazło się też wiele i przywilejów cechów bocheńskich, z których tylko górniczy, powroźniczy, kowalski i bednarski jako najdawniejsze w mieście Bochni i częścią niejako składową Żup tworzące, zawsze (o ile to było możliwem) opieką królewską cieszyły się i znacznie też różnią się od przywilejów takich cechów innym miastom przysługujących (z wyjątkiem Wieliczki). Innych cechów bocheńskich przywileje są częścią w aktach miejskich w odpisach, częścią też zachowały się po skrzynkach cechowych, lecz że przechodzą z rąk do rąk, niszczone i giną.



I.

Przywilej fundacyjny miasta Bochni nadany przez Bolesława V. w roku 1253.

(Księga K. str. 132—137.)

Mikołaj Czikowski starosta, recte wójt (advocatus) miasta Bochni, przedkłada Zygmuntowi I. w roku 1528 oryginalny akt fundacyjny miasta Bochni przez Bolesława V. 1253 r. nadany celem potwierdzenia tegoż.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae nec non terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, totius Prussiae, Mazoviaeque, culmensis, Elbingensis, Pomeraniaeque etc. etc. Dominus et Haeres. Significamus tenere presentium quibus expedit universis et singulis, tam praesentibus quam futuris harum notitiam habituris. Quomodo constituti personaliter coram Majestate Nostra Regia et Consiliariis Nostris circa nos adpraesens existentibus, Generosus Nicolaus Czikowski de Woyslawicze Castellanus Polanecensis, Burgravius Castri Cracoviensis et Advocatus Noster haereditarius, et Famati praeconsul et Consules suo, et totius Communitatis Nostrae Bochnensis nominibus exhibuerunt originalitater privilegium infrascriptum foundationem Civitatis et Advocatae Bochnensis in se continens de Titulo, et sigillo divi olim Boleslai Cracoviensis et Sandomiriensis terrarum Ducis praedecessoris Nostri supplicaruntque Nobis humilliter, quatenus hoc ipsum Privilegium de gratia et munificentia nostra Regia innovare ratificare, approbare et confirmare dignaremur, cujus tenor sequitur et est talis.

In Nomine Domini Amen. Quoniam ut ait Sapiens, non est priorum memoria, sed nec eorum quidem, quae postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in novissimo necessarium est, gesta transitoria per testimonia scripturae commendari memoriae posterum. Noverint igitur universi praesentium notitiam habituri. Quod Nos Boleslaus DEI Gratia Dux Cracoviae et Sandomiriae attendentes fidelia grataque servitia, quae nobis fideles nostri Nicolaus filius Volkmari quondam civis de legnicz, Nicolaus

dictus de Kyyów, Egidius filius Henrici de Slup et Nicolaus de Głuptzicz nobis impenderunt multipliciter, et adhuc impendent dante Domino in futurum volentes eos Nostros absequendis beneplacitis reddere promptiores, et nihilominus conditionem Ducatus Nostri facere meliorem sufficienti deliberatione habita cum Illustrissima Domina Grunislava Matre Nostra charissima communicateque Venerabilis in Christo patris Domini Prandothe Cracoviensis Episcop. nec non fidelium Baronum Nostrorum consilio pariter et consensu constituimus et facimus eos locatores civitatis quam fundare et construere intendimus in loco Salis fodinarum, quae Polonicae Bochnia et Saltzberk Theutomeae nuncupatur, volentes ut ipsi locatores incolae Civitatis ejusdem omnino utantur, et gaudeant jure Theutonico quo Vratislaviensis Civitas est locata. Ita quae ad alia iura et consuetudines, ac observantias quascunque, et alia quae civibus Vratislaviensibus sunt inconsciata, minime teneantur. Ad quorum etiam sustentationem, commoda, et decentem sexaginta mansos franconicos in agris cultis et incultis eidem civitati ad culturam perpetue applicamus, de quibus quemlibet quintum mansum praefati quatuor viri et eorum successores qualescunque libere absque solutione census, et decimae iure haereditario possidebunt. Item pro remedio animae nostrae unum mansum, ad congruam sustentationis Capellam Ecclesiae Sancti Nicolai, ibidem a solutione census et decimae prorsus liberum deputamus, de reliquis vero mansis cultis per sex annos, de incultis per duodecim, cultores eorum a solutione census et decimae, plena gaudeant libertate, qua elapsa de quolibet manso, tam pro decima, quam pro censu mediam marcam argenti et duas mensuras tritici, duasque siliginis et totidem avenae singulis annis nobis solvere tenebuntur de qua pecunia censuali et decimali Capitulum Cracoviensis Ecclesiae quindecim marcas habere debet, nomine decimae annuatim ex ordinatione Venerabilis Patris Domini Prandothe episcopi memorati, accedente ad hoc consensu capituli supra dicti. Sane si futuris contingeret in agris, aut pratis, memoribus et pascuis, per nos vel nostros successores civitatis praefatae aliquid superaddi idem locatores vel eorum posterum quintam, prout dictum est, de agris aliis percipient portionem, similiter quamlibet quintam curiam in civitate praedicta quintamque canieram pannaorum, quae sedecim erunt numero per mediam marcam

annuam solvens pensionem. Item quintam institam quas sub duodeno comprehendimus numero et solvens censum annuum per fertonem et indifferenter omnes bancas panis, et calciorum, et macella omnia, et generaliter omnes utilitates, seu proventus, qui in foro civitatis praedictae, nunc possint fieri, vel in posterum superaddi ab omni exactione censu vel quamvis alia solutione, in perpetuum libere possidebunt. Ita tamen quoque ubi nos de quatuor partibus nostris quascunque recipimus solutiones, ibi etiam ipsi de suis porcionibus consimiles recipere poterunt soluciones. Unum tamen macellum et unam bancam panis excipimus, quae praedictae Ecclesiae Beati Nicolai ab omni solutione prorsus perpetuo applicamus. Praeterea dedimus eisdem quatuor viris unum mactatorium et duas stubas balneares. Insuper contulimus ipsis usum et domicilium tot molendinorum quod per spatium unius miliaris a civitate per ascensum et descensum fluvii qui vulgariter Raba dicitur super utroque ejus littore, vel alios ubi ipsis magis expedire videbitur, duxerint constituenda. In quorum constructione nullus omnino cujuscunque conditionis fuerit eos impedire praesumat, nec infra limites eorum nulli alteri aedificare sit licitum molendina, piscinas etiam quotquot possunt et voluerint permittimus eos facere, prohibentes aliis infra terminos eorundem, et haec omnia et singula, volumus, ab omni pensione, et servitio et exactione fore libera penitus et exempta. Concedimus etiam ipsis et eorum successoribus, nec non incolis civitatis ejusdem per spatium unius miliaris, ad omnes ejus partes in praedicto fluvio Raba, et in caeteris agris sui districtus, cum hamis egenis gurgusoris et retibus, piscationem liberam, nec non per campos et rubeta in vallibus et montibus pascua suorum animalium libera. Item silvas et boras similiter per spatium unius miliaris ad omnes ejus partes civitatem undique ambigens et ligna pro ignibus et aedificiis incidendi, praesertim cum ex hoc Zuppa Nostra meliorari et augeri in utilitatibus dignoscatur, liberas eorum omnino usui deputamus perpetuo possidendas. Ita videlicet quoque nullus militum seu Nobilium vel quivis alius cujuscunque conditionis existat, praesumat ipsos, aut eorum familiam per impignorationem vel quancunque aliam molesciam, aliquatenus perturbare, quos etiam hujusmodi gaudere perpetua volumus libertate quoquo merces et alias quascunque res suas mobiles, vel

immobiles per totum nostrum Ducatum et Dominium in curribus, bigis, carueis vel summariis, et per aquas in navibus ad quascunque partes, loca vel provincias maluerint, libere defflere valeant etiam ad mundinas et ad fora. Itaque de ipsis mercibus, et rebus aliis simul et de animalibus ipsas vehentibus et portantibus, et de pueris, seu famulis ad ea spectantibus ad solutionem Thelonei in quacunque Castellania, Districtu, Civitate, villa vel loco fuerit, ad quemcunque etiam illud sive ad nos, sive alios mediate, sive immediate pertineant, nullo modo teneantur. Nulli etiam sit potestas iudicare cives aut incolas civitatis praemissae ad quascunque partes Ducatus nostri cum mercibus aut aliis rebus suis devenerint, bona eorum per detentiones quae ane wank vulgariter nuncupantur, quomodolibet occupando, sive nostra vel Nostrorum Successorum licentia speciali extunc nonnisi jure theutonico etiamsi super eo ad nostrum Tribunal ipsos evocari contigerit iudicari debebunt. Praeterea cupiens praenotatum Nicolaum filium Volkmari propter merita ipsius, eoque nobis multas utilitates praecaeteris atraxit, specialis gratiae praerogativa benigno favore respicere et honoribus simul cum fructibus aliis antefere donavimus ei, et suis sucesoribus pro araturis suis quandam peliam terrae, quae obersdsar vulgariter dicitur, supra quam villa Chodenicz est locata, liberam ab omni censu, exactione, et a quavis alia solutione, seu servitio quocunque vocabulo censeatur, jure haereditario perpetuo possidendam, sive per sui ipsam colat, sive tradat aliis ad colendam. Consideramus insuper quoque quaestiones, et causae, citius per unum quam per plures expediri consueverunt, hunc est, quod prenotatum Nicolaum filium Volkmari cum suis sucesoribus Judicem, et advocatum constituimus haereditariae in probabita civitate qui in omni causa criminali vel civili parva vel ardua omnes incolas Civitatis ejusdem et villarum circumadjacentium, simul et omnes, advenas, mercatores, negotiatores et generaliter omnes homines casu vel ex proposito, de quacunque Provincia, Regno, Ducatu, comitatu territorio vel Districtu illuc venientes, cujuscunque conditionis status, nationis, vel idiomatis existat, militalis vel Ducalis existat, dumodo ad Iudicium pertineat seculare, jure Theutonico, quo civitas Wratislaviensis utitur judicabit Militibus Nostris seu Nobilibus dumtaxat exceptis, quos super contractibus

et excessibus ibi factis ad nostrum volumus Iudicium evocari. Famulos tamen ipsorum ipse Advocatus quemadmodum alios iudicabit, et de omnibus, quae nomine poenae, vel satisfactionis pro contumacia vel excessu de huiusmodi Iudiciis obtulerunt, ipse advocatus percipiet. In ipsa autem Civitate neque Castellanus, neque Palatinus, vel quivis alius Iudex, cives ibidem, vel alios Ducatus Nostri homines, vel etiam aliunde venientes poterit iudicare, vel aliquam ibidem Iurisdictionem, seu iudicium exercere, sed per Advocatum, et ejus successores iudicandi erunt, ut pote superius est expressum, nisi forsitan essemus ibidem personaliter constituti et eos contingeret ad nostram praesentiam evocari. Porro ipse Advocatus et sui successores una cum Ministris eorum a nemine, nisi a nobis et Nostris Successoribus per Assessores, seu Scabinos, qui Ius Theutonicum non ignorent, in omni generaliter causa iure theutonico iudicari debebunt, et tunc non aliter comparere teneantur, nisi per Nostras literas fuerint evocati, et quidem si Idem Advocatus, vel ejus successores in iudicio cum aliquo Nobilium contenderit, et in causa obtinuerit, eodem iure gaudebit, quo Nobilis si in causa victoriam reportasset. Sane Zupparii Nostri ibidem cum scriptoribus, et camerariis eorum non per ipsum Advocatum, vel ejus successores, sed per nos erunt super contractibus et excessibus iudicandi. Ipsorum tamen famuli Advocati iudicio quando maleficia commiserint subiacebunt. Addicimus etiam supradictis quoque idem advocatus, non ea maleficia et excessus, qui in Zuppa Nostra infra, et intra montes seu [nieczytelne miejsc]*) et supra in domibus, casis, et septis Zuppae committuntur, sed in aliis locis quibuscumque, si fuerint perpetrata, in forma iustitiae iudicabit. Ne autem haec nostra donatio possit processu temporis, a Nobis vel Nostris Successoribus irritari, et ne dubietas aliqua, quae plerumque animos ad lites et urgiam excitat, circa ipsam valeat suboriri, et ut praesens scriptum vires obtineat publici instrumenti, ipsum sigilli munimine duximus roborare. Acta sunt haec praesentibus his testibus ad hoc rogatis Domino Prandotha Episcopo Cracoviensi, Pomiano Abbate de Płock, Michaele Cracoviensi Castellano. Clemente Palatino ibidem. Adamo Castellano Visliczensi. Domino

*) zdaje się, że ma być „schachtas“.

Leszeta Praeposito Skarbimiriensi. Nicolao Iudice Curiae Cracoviensi Sulcone Castellano de Brzesk, Thoma Thesaurario et multis aliis fide dignis. Datum in Corczyn Anno Domini Millesimo Ducentesimo quinquagesimo tertio et tertio calendas Martii.

Nos igitur Sigismundus Rex Poloniae praefatus, attendens praefati Nicolai Czikowsky Castellano Polanecensi et Advocati Nostri Haereditarii Bochnen bene merita quibus se plurimum reddidit et reddere stulet comendatum supplicationibus quoque ipsius et civium benigniter annuentes ac considerantes praecinsertum privilegium esse justum et legitimum, in nulla quoque sui parte suspectum aut viciatum nisi vetustate consumptum. Illud de certa scientia et speciali gratia Regiis nostris, de consilio quoque Consiliariorum Nostrorum nobiscum protunc in hac generali conventionione Piotrcoviensi existentium in omnibus ejus punctis, clausulis illius tenore de verbo ad verbum innovandum, ratificandum, approbandum, et confirmandum, duximus prout innovamus, ratificamus, approbamus et confirmamus harum serie literarum decernentes illud et omnia, ac singula in eo contenta robur debitae et perpetuae firmitatis habitur tenore praesentium mediante. In cujus rei testimonium Sigillum Nostrum praesentibus est appensum. Actum in conventionione Generali Piotrcoviensi feria secunda post festum Purificationis Sanctissimae Virginis proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo octavo. Regni Nostri anno vigesimo secundo. Praesentibus (nieczytelne) ac Reverendissimis in Christo Patribus dominis Ioanne de lasco Archiepisc. Gnezn. Legato nato et Primate Regni Nostri, Petro de Thoymicze Cracovien. et Regni Nostri Vice Cancellario Mathia de Drzewicza Wladislavien. Ioanne de Hatalicze Sigismundi Andrea Crzicki Plocen. et Ioanne de Czarnów Przemislien. Ecclesiarum Episcopis nec non Magnificiis, Generosis, et Venerabilibus Christophoro de Schidlhwiecz in Szezmielowce magna Appathon (sic) Castellano Capitaneo Generali Cracovien. ac Regni Nostri in nova civitatis Corczyn Gostinen. Schochacovien. Lacovien. et Capitaneo Andrea de Thanczin Cracovien. nec non Chelmen. Belzen. Krasnotavien. et in Ocziecz Capitaneo Otto de Chodecz Sandomirien. tum Halicen. Snatinen et Columnensi Capitaneo Nicolao de Cosczielecz Calisien tum Brzesten. Dobrzinien. et Kovalien. Capitaneo Andrea de

Opporow Brzesten. Ioanne Comite de Tharnow Russiae et exercitum Regni nostri Generali et Sandomirien. Capitaneo, Ioanne de Opporow Iuniwladislavien et Capitaneo Kruswicien. Ioanne Rochotnyczki de Ol̃eschm̃yecz Lublanien. et Andrea Wischezycze Plocen. Palatinus luka de korka Posnanien et Capitaneo Majoris Poloniae Generali Nicolao de Schidlowecz Sandomirien. et Regni Nostri The-saurario. Tum Radomlensi Olstrin Crzepicien ossyŃanczimen. Zathorien. et grodecen capitaneo Iacobo de Przeramb si-radien. Ioanne de Thanczin Lublinen. Stanislaw de Zbrova Biecen. Tribuno Cracov. et Capitaneo opoczen Ioanne de Vieczwna in czarnỹssyn Plocen. et Capitaneo Brathianen. Felice Socolowski dobrzinen. Adam de drzewicza Kada-mnen. Capitaneo Inowolodzen Martino WischkoŃinski Wie-lunen. et Nicolao Volski Sochaczonen. Castellanis Sanocen. et Łazkorimen. capitaneo, ac sero^{rum} domine bone consor-tis nostrae char^{um} Magistro curiae Stanislaw de chodez Re-gni nostri Marsalio, et Leopoliensi Capitaneo. Ioanne de Łaseo Gneznen. et Lancien. praeposito et Custode Plocen. Ioanne CholeŃski Archidiacono Bernhardo Vapowski cantore Cracovien. Nicolao Zamesek Praeposito Tharno-vien. et Canonico Cracov. Ioanne gorski Pozn. Stanislaw Tharlo Lublinensi Archidiaconis et Paulo de crassow om-nium Sanctorum Crac. praep. et Canonicis Cracovien. et alies quam plurimis dignitaris. officialibus. secretariis et aulicis Nostris ad praemissa testibus fide dignis sincere et fidelibus nostris dilectis.

Datum per manus ejusdem Magnifici Christophori de Schidlowiec in Sezm̃yelow et magna Oppatów Castelani et Capitanei generalis Cracovien. ac Regni nostri Cancellarii, Tum Siradiensis nove civitatis corezin. Sochaczovien. Gos-tinen. Laconien. Schidlovien. etc. etc. Capitanei sincere nobis dilecti.

Relatio memorati Magnifici Christophori de Schidlo-wiec in Sezm̃yelow et magna Oppatow Domini et Haeredis Castellani et Capitanei generalis Crac. ac Regni Poloniae Cancellarii.

Dokument ten według formy i treści z roku 1528 pochodzący wciągnięty został do akt miejskich w roku 1777 jak o tem wyżej wspomniano, lecz z oryginału Bolesławowego.

II.

Przywilej Kazimirza W. z roku 1337 dla wszystkich mieszkańców Bochni, którym ich uwolnił od wszystkich cel po wszystkich ziemiach państwa, potwierdza Elżbieta królowa 1379.

Przywilej ten Kazimirzowski jest właściwie tylko streszczeniem trzech innych już poprzednio przez Leszka (Czarnego zapewne), Władysława Łokietka i żonę jego Jadwigę Bochni nadanych. Należy tedy treść odnieść do wieku XIIIgo i XIVgo.

(Dokument ten jak i wszystkie tu przytoczone są wciągnięte do akt miejskich 1777 r.)

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Elizabeth DEI Gratia Senior (nieczytelne) Regina Ungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. notificamus praesentibus et futuris quibus expedit Universis et singulis ad oblata Nostrae Caelsitudini fidelium Norum Civium de Bochnia petito continebat, quatenus Privilegium Serenissimi Principis Dni Kazimiri recolende memoriae olim Poloniae Regis Illustris Fratris Nri charissimi, in quo privilegio Tria alia privilegia videlicet primum Iuris Principis Dni Lestkonis, olim Cracoviae Sandomiriae, Syradie ducis, secundum vero Sernmi Principis Dni Wladislai clarae memoriae Regis quondam Poloniae, Genitoris Nri Charissimi. Tertium autem Generosae Principis Dnae Edvigis olim Reginae Poloniae praedecessoris Nrae et privilegiorum eorundem continentie ac tenore declarabant, eis de clementia Matis Nrae confirmare dignaremur. Cujus quidem privilegii de verbo ad verbum tenor sequitur in haec verba:

In nomine Domini Amen. Nos Kazimirus Dei Gratia Rex Poloniae, nec non Teraru Cracoviae, Sandomiriae, Syradie, Lantziae, Cujaviae, Pomeraniaeque Dnus et haeres perpetuae memoriae commendamus, notum facimus tenore praesentium, quibus expedit Universis. Providi viri ac dilecti Nriq. fideles eives de Bochna. Ad Nostram Norumq. Baronum accedentes praesentiam, Duo quaedam privilegia, unum videlicet Sernsmi Principis Dni Lestkonis clarae memoriae olin Cracoviae, Sandomiriae et Siradiae Ducis et secundum Mgfici Principis Dni Wladislai Staæ memoriae ejusdem Poloniae Regis, Nri Genitoris, Tertium vero

Gros̄ae D̄nae D̄nae Edvigis Reginae Poloniae N̄rae Matris
 charissimae per ipsos ejusdem civibus data et concessa
 N̄ris aspectibus postularunt supplices humiliter et attente
 quatenus apta privilegia et omnia in eisdem contenta rati-
 ficare, approbare, confirmare ac innovari de solita benigni-
 tate Maḡficentiae N̄rae fatae dignaremur. In eisdem autem
 privilegiis et eorum quolibet sit dignoscebatur contineri,
 quod dicti cives Bochnen. et eorum universaliter universi,
 singuli praedictorum praedecessorum N̄rorum temporibus
 et nunc Volente Domina matre N̄ra charissima vivente,
 ab omni solutione Thelonearia quocunq. nomine conseatur
 in toto ipsorum Dominio tam per transitum quam per
 aquas cum curribus vel rebus oneratis, aut negotiis, equi-
 tes, vel pedestres transeuntes fuerint liberi penitus et
 exempti. Nos vero his privilegiis visis perspectis et exa-
 minatis diligenter dictorum praedecessorum N̄rorum Geni-
 torum N̄rae saepius dictae vestigiis inhaerere volentes,
 N̄ris pro viribus cupientes, dictorumque civium N̄rum ju-
 stis petitionibus favorabiliter accomodantes aures N̄ras, prae-
 dicta privilegia, et omnia in eisdem contenta, rata, grata
 habentes, atq. firma, ipsa de plenitudine N̄rae pietatis ra-
 tificamus, approbamus, confirmamus et innovamus per Nos
 et N̄ros successores, nec non et regnicolas N̄ros temporibus
 perpetuis inviolabiter, et in conclusione valitura, taliter
 videlicet quod praedicti Cives Bochnen. tam divites, quam
 pauperes, omnes universaliter, et eorum singuli per totum
 N̄rum Regnum et terras omnes seu districtus N̄rae dictio-
 nis tam per terras, quam per aquas, cum curribus, oneri-
 bus navibus mercimoniis rebus, seu etiam negotiis, pedites
 vel equites quocunque voluerint transeuntes ab omni solu-
 tione Thelonei n̄ri et omnium tam Ecclesiasticorum quam
 etiam Secularium personarum cujuscunq. status, gradus vel
 conditionis existant, Nobis subiectarum quocunq. modo et
 nomine ipse solutionis et angariae nuncupentur, ineundo,
 mercando, negotiando et redeundo sive perpetuis temporibus
 immunes, liberi penitus, et exempti ut autem haec
 N̄ra ratificatio, approbatio et confirmatio gratiosaque et
 specialis donatio immutabiliter perseveret p̄sentes Ir̄as da-
 tas N̄ris civibus scribi, ac N̄ri sigilli appensione mandavi-
 mus roborari. Actum Cracoviae Die Stor̄um Philipi et Ia-
 cobi Ap̄lorum Anno Domini Millesimo Tercentesimo Trige-
 simo Septimo p̄scentibus honesti Viro D̄no Sbigneo Episcopo

Cracov. Cancell. Nro per ejus manus praesens privilegium est donatum et Nobilibus Viris baronibus Nris Petro Sandomirien. Anseigne Radomyen. Castellan. Crinasandro Cracovien. Hennoo Sandomirien. Subcamerariis. Andrea Venatore Cracovien. Dno Iaroslao Archi-Diacono Cracovien. cum aliis testibus fide dignis. Quoniam nos praedictorum civium Bochn Nrorum Fideium dignis et justis petitionibus et affectibus benigne acclinantes de Gratia Nra speciali pfatum privilegium et omnia ac singula in ipso ut praemittio contenta gratiose roboramus, confirmamus, roboramus, ratificamus perpetuisq temporibus valitura inviolabiliter in suis articulis clausulis et punctis confirmamus juxta consuetudinem Regni Nri Poloniae, ut pote praelibati Dni Kazimiri olim Poloniae Regis fratris Nri charissimi observatam perpetuum per tenorem, in quorum omnium testimonium Sigillum Nostrum psentibus est appensum Actum et datum Cracoviae proximo Die Dominico post Nativitatem Sae Mariae Virginis Gloriosae Anno Domini Millesimo Tercentessimo Septuagesimo Nono psentibus Nobilibus Viris Dno Petro Lublinen. Ioanne Sandomirien. Pascone Beycey Castell Sandzimogio Capit. Protasio Safranco Subdapifero, Clemente Subpincerna Cracov. Spitkone subpincerna Sandomirien ac aliis quam pluribus fide dignis testibus, ad praemissa et per manus Venerabilis Viri Dni Zamssy Archidiacono ac Nro Cancell. Cracovien. Locus sigilli pensillis.

III.

Akt fundacyjny Kazimirza Wielkiego z roku 1357 na założenie szpitala św. Antoniego dla górników w Bochni.

(Dokument niniejszy przepisany z transkryptu z roku 1634, a pisownia zachowana jak w księdze znaleziono pod rokiem 1777.)

Działo się na ratuszu Bochenskim w piątek nazajutrz po S. Jędrzeiu Apostole y Męczenniku Rok 1634.

Do tegoż Sądu Woytowskiego przyszedzy Osobamy swemi Sławetni panowie Woyciech Grzybek Burmistrz

wespol z Raycami Miasta Bochnie swoim y wszystkiego pospolstwa inieniem przynieśli do wpisania pewnego Przywileiu Transcript z samego Oryginału prawdziwie wypisany Fundacyi Szpitala S. Antoniego w Bochni przez Najasnieyszego Świętey Pamięci Kazymirza Krola Polskiego. Roku Panskiego 1357 założoney, ktorego to przywileiu slowo do slowa taki tenor.

W imię Pańskie Amen. Ponieważ wszystko co na chwale Odkupiciela dla pożytku Chrystusowych wiernych Majestat krolewski zwykły stanowić, to co ma bydz Confirmowano Swiadectwem godnych, y autentycznym pisanie dla pamięci wieczney, My tedy Kazimierz z laski Bozey Krol Polski y Ziem Krakowskiey, Sandomierskiey, Sirackiey Łączyckiey, Kuliawskęy etc. Pan y Dziedzic wszystkim komu należy wiedzieć tak niniejszym iako y przysłym oznaymiemy, iż przyszedszy do Nas y Rady Naszey Nam wierny Petrycinus Żupnik, y Raycy Bochensey, nędze Ubogich Chrystusowych Wiernych, którzy ze wszech stron Świata się zeszedli, robiąc w Gorach Bochenskich ręce przez nieszczęsny przypadek łamiąc y ciała swoje psując, tak że więcey nie mogąc robić, y w ustawicznym są niebezpieczeństwie, a po takich przypadkach nie mają gdzie głowy sklonić, y od kogo ratunek mieć, defekt wielki, y opressyą ich Nom załobliwie exponowali y opowiedzieli, które opowiedzenie za Miłosierdziem Boskim słuszne powziawszy z Condoleneyi na temż ubogemi na wybawienie dusz Rodziców naszych y Nam odpuszczenie wszystkich grzechów, y z miłości iako należy pobożności Krolewskiey chcąc upadłem rękę podać Raicom wzwyż mianowanym na mieyscu sposobnym do upodobania ich blisko Miasta Bochni szpital z kapellą Mianowanym Ubogim postawic y zbudowac dozwalami zkarbu też naszego z laski Bożey nam pozwolonego w zakupie Naszey Bochenkiey rzeczonym ubogim y ich Rectorom do żywności, y odzieży z laski Naszey chcąc prowiłlowac ze wszystkich gor, które są teraz w Mieście Bochenskim, y na potym jeżeli które będą w kazdej Garze dwóch robotników z tym co od nich przychodzi w przerzeczonych gorach robiących dla Sustencyi ich wiecznemi czasy dajemy, y Conferujemy ktorých robotników rzeczeni Raicy dla pożytku szpitalu, y Ubogich w nim zostających według dyscrecyi swojej mają disponerowac. Nadto aby pomienioni Raicy dla rządu Szpitalu Rectora

dożywotniego według swego zdania postanowili lubo Świeckiego, lubo kapłana, iezeliby kapłan był za dozwoleńiem Biskupim niech obejmie rząd tak doczesny, iako y Duchowny, a iezeliby Świeczki, tedy za dozwoleńiem Biskupim niech ma władzę, postawić wikarygo dożywotniego dla starania dusz ktoremu na każdy Rok dziesięć grzywien powinien dać będzie. A Rector Szpitalny bez dozwoleńia Raycow pieniędzy Szpitalnych nie może oddolac, pod winą priwacyi. Azeby tedy przyrzeczony Szpital bez odwołki od Raicow był zbudowany, y po wszystkie czasy o Ubogie dobre staranie było z łaski naszey Specialney Raycom przyrzeczonego Miasta, ktorzy na ten czas będą, collacyi kaplice szpitalney ze wszystkim rządem, Czasy wiecznemi, daem y Conferujemy Na co dla Świadectwa Pieczęć naszą większą przycisnąć kazalismy. Działo się w Bochni we Czwartek nazajutrz po S. Jakubie Apostole Roku Panskiego 1357. Prowenty Szpitala. Naprzod szesc łanow roli z łakami, z ktorych nad potrzebę swoję może sprzedać siana namniej za dziesięć grzywien, druga zagrodniey od ktorych za Cyns dwadziescia grzywien bierze, y robie powinni, znowu na dwanasie robotnika w gorach, a jeżeli by większe prowenta z gor były nad te dwanasie, może jeszcze mieć dwóch tenze Szpital, może mieć Direktora Świedzkiego według Przywileju, a iezeliby był świecki, powinien mieć Wikaryego, y dawac mu dziesięć grzywien a iezeliby był kapłan obey rząd powinien tak Duchowny, iako y doczesny objąć, a ubogim tak w zynności jako y w odzieniu według możności prowadować, W tym ze szpitalu na niektóre święta bywając odpusty, z offert tedy y Elemoziny na trzy części ma ise, dwie na fabrikę kościoła, a trzecia kapłanowi w tym ze Szpitalu i są dwa Oltarze pierwsze Antoniego Świętego przy ktorem powinien kapłan Msze Święte odprawować, drugi Oltarz S. Krzyża ktorego kolacya do Tragarzow należy.

IV.

Szlachetny Dzerszko sprzedaje roku 1392 miastu Bochni swą dziedziczną wieś Krzyżanowice za 40 grzywien.

Ad Officium et Acta praesentia Castrensia Capitanealia Crac. personaliter veniens Nobilis Thomas Moskalewicz

nomine totius Communitatis Oppidi Bochnen. pro ejus rati habitione cavet, ac se praesens inscribit, infrascriptam Incisionem Venditoriam per Nobilem virum Dzerszko haeredem de Krzyżanowice eidem Communitati Oppidi Bochn. super bona villae Krzyżanowice coram actis Terrestribus Cracov. sub actu infrascripto factam et recognitam Officio praesenti Castr. Capitan. Cracov. ad acticandum obtulit petens eandem inscriptionem venditoream a se offerente suscipi et in Acta praesentia ingrossare permitti ejus affectationi officium praesens annuendo praefatam inscriptionem venditoream a praefato offerente suscipiet et in acta praesentia ingrossare mandavit, ejus quidem Inscriptionis venditoriae Tenor sequitur talis.

Nos Drogomirus Iudex, Michael sub Iudex Terrae Cracovien. Generales notum facimus, quibus expedit Universis praesentem literam inspecturis. Quod cum pro Tribunali sedebamus, accedens ad Nostram Nostrorumque Assessorum praesentiam Nobilis Vir Dzerszko Momothonis haeres de Krzyżanowice, non compulsus, nec coactus, aut aliquo dolo circumventus, sed de bona animi sui deliberatione Consilioque Amicorum suorum praehabito Villam Suam praedictam Krzyżanowice, cum omnibus, et singulis utilitatibus, quae ibidem sunt, vel fieri quomodolibet provisione meliori mediante possunt in futurum quibuscunque Nominibus vocitentur, secundum quod est dicta Villa in suis metis longe, lateque circumferentialiter distincta et limitata, prout Ipsam solus tenuit habuit, et possedit, nihil pro se, aut suis liberis, et legitimis successoribus Iuris Domini et Utilitatis, in ibidem reservan, et cum Iure Patronatus Ecclesiae Parochialis in ibidem Circumspectis Viris, Dominis, Consulibus, Civibus, totique Communitati Civitatis Bochnen. ipsisque liberis et legitimis Successoribus pro Quadrigentis Marcis grossorum pragensium, Numeri consueti in Regno decurrenti in perpetuum vendidit et jure haereditario tituloque venditionis resignavit, promittens pro impedimento Uxoris suae et aliorum quorumvis pro praedicta Villa dictos Consulos et Communitatem intercedere, et effectualiter liberare, et eorum renunciationem omnium repecionum et re habitionum pro praedicta Villa Krzyżanowice, sed per ipsos Consules, totamque Communitatem Civitatis Bochnen. Ipsosque liberos et legitimos Successores perpetuis temporibus tenen. haben. venden. donan.

Commutan. et ad Usus suos, Suorumque bene placitos Successores convert. In cujus rei Testimonium Sigilla Nostra praesentia sunt appensa. Actum et datum Cracoviae Feria tertia post Festum Omnium Sanctorum Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Secundo praesentibus his Paschone Castellano Becensi, Sulcone Iudice Getka de Gnoyno, Andrea de Rankschecz Borene de Tsczenecz Sluchota de Stadnski, Burgrabiis Castri Cracovien. et alis multis Personis fide dignis.

Actum in Castro Cracov. Feria Tertia post Dominicam Ramis Palmarum proxima Anno Domini 1722. Ioannes a Kownacki Komecki Burg. et Vice M (mieczytelne). Locus sigilli. Corexit Morawski, Legit Paigczkowski mp.

Actum in Castro Sandecensi feria sexta post Festa Solemnia Sacri Pentecosten proxima Anno Domini 1772. Ad personalem oblationem Spectabilis ac Honorati Casimiri Prawdzienski Primi Consulis Oppidi Suae Rae Majest. Bochnia. Officium praesens Castreus Capitan Sandecen. Donationem ex Actis Castrensis Capit. Cracov. super bona villae Krzyzanowicze Oppidanis Bochn. servientem depromptam in acta sua suscepit susceptum et inductum.

Dokument ten wciągnięty został do akt miejskich Bocheńskich w r. 1777.

V.

Dekret Władysława II z roku 1396 w Korceźnie nadany, przez Zygmunta I w r. 1533 w Krakowie potwierdzony, normuje stosunki między gminą Bochnią a wójtem jej (advocatus haereditarius) dziedzicznym.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvanie, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris: Quia exhibitae sunt coram Nobis per Generosum Nicolaum Czikowsky Castellatum Sandecensem: Burgrabium Cracoviensem et Advocatum Nostrum haereditarium Bochnensem, literae pergamenae, infrascriptae Serenissimi olim Principis Domini Wladislaw Regis Poloniae ejus sigillo

appendenti communitae, salve integrae omni vitio et suspicione carentes tam Advocato Haereditario quam Civitati Bochnensi servientes, certas ordinationes inter ipsum Advocatum et civitatem Nostram praefatam Bochnensem, ejusque incolas factas, et per Ipsum Serenissimum Regem Wladislaum approbatas in se continen: Supplicavitque Nobis ipse Generosus Nicolaus Czikowski Castellanus et Advocatus praefatus Bochnen: suo et totius civitatis Bochnensis nomine, ut easdem litteras propter earum vetustatem transcribi ac innovari mandare, illasque et omnia in eis contenta approbare, ratificare, et confirmare dignaremur. Quarum quidem litterarum tenor sequitur talis:

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam: Wladislaus DEI Gratia Rex Poloniae Lithvaniaeque Princeps Supremus et Haeres Russiae etc. Significamus universis, quibus expedit: Universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Quod cum inter Validum et Stanislaum fratres germanos advocatos ex una parte: et consules, ac totam Communitatem civitatis Nostrae Bochnensis ex altera parte, quaedam fuerat exorta materia quaestionis: Nos tandem volentes controversiam hujusmodi quaestionis in amicabilem concordiae reducere inituram: ut praefati Consules et universa Communitas praedictae civitatis Nostrae Bochnensis flammis odiorum controversiarum et litium inter eosdem hinc inde vertentium extinctis gaudeant, alterutrum tranquilla dulcedine bonae pacis: Commisimus Reverendo in Christo Patri Domino Nicolao Episcopo Posnaniensi ac Illustribus Joanni Palatino Lacieien: elementi de Curow Castellano Zarnoviensi, elementi de Moschorzow Vice Cancellario regni Poloniae: Prandotae Mischka et Dirschkoni de Brnoczicze Nostris fidelibus Dilectis, de ipsorum solerti prudentia certo certius praesumentes, ut iisdem causis dissensionum vitis litium et controversiae inter partes supra dietas investigatis, ad plenum et cognitum, ad firmandum pacis vinculum intenderent opera diligenti. Qui quidem ut ex ipsorum relatis acceperunt, et diffinitive concluserunt commemorati Consules et omnis Communitatis Civitatis Nostrae Bochnensis praedictae singulos lapides, quos in Agris Advocatorum praedictorum, loco metarum et limitum posuerant debent effodere, et totaliter eicere viceversa, locaque praedictorum

lapidum humo aequanimiter complanare. Nihilominus supradicti Consules, ac universa Communitas ipsius civitatis Nostrae Bochnensis pecudes suas et pecora quaelibet in et super agris praedictis et rubetis aliis quibuscvis campis, passibus, valibus, planis, montanis praedictorum Advocatorum plenam habent et perpetuam ac liberam pascendi facultatem, dummodo agri praedicti non fuerint inseminati. Si vero in agris praedictis, campis et passibus semina sparsa fuerint, vel in eis prata quomodo libet exciterint instaurata, tunc ipsis consulibus et communitati nulla pascendi penitus ibidem sit facultas. Item de omnibus et singulis hortis dictae Civitatis Bochnen. contiguis in finibus et extremis agrorum et lancorum ejusdem Bochnen: civitatis consistentibus praedicti Consules censum arealem Arcezinssz dictum vulgariter, una cum censu caeterarum arearum, ad plenum de scientia dictorum Advocatorum recolligen: Procuratori Nostro Generali et praedictis Advocatis praesentare debent et integrali assignare: Qui quidem Procurator et advocati quicumque pro tempore fuerint, praedictum censum partiri debent et dividere secundum quod ipsis magis rationabile videbitur sine praejudicio utriusque. De caeteris autem hortis eidem civitati Bochnensi adjacentibus et qui non sunt in lancis civitatis ejusdem situati supradicti Consules memoratis Advocatis quantum denarium de singulis redditibus obventionibus et solutionibus de praedictis hortis provenientes perpetuo solvere tenebuntur. Item quotiescunque praefati consules edictum fecerint, ut post primum secundum vel tertium Campanae pulsum in Praetorio (nieczytelne) qđ edixerint, in singulis domibus ignis extingui debeat. Et quod nullus noctis tempore per vias et plateas ipsius civitatis discurrere, vagari, vel ambulare praesumat. Quodque pro tunc lusores etiam taxillos ludere non praesumant. Tunc si fortasse quispiam fecerit contrarium: et lusores, ac vagi per famulos, ac servientes, ac custodes praedictae civitatis dictorum Consulium noctis tempore captivare, deprehendere, seu detinere contigerit et edicto hmoi contrarium facientes invenerint: totalis poena rebellibus inflicta et exinde proveniens solis duntaxat Consulibus dictae Bochnensis Civitatis integraliter debebitur, et in toto. Similiter omnes redditus est proventus de ductura seu portitura cerevisiae, medonis seu vini in eadem civitate Bochnensi proveniens, ad praefatos Consules debent omni

mode pertinere. Si quis insuper rebellis et inobediens, contumax et contentiosus glandium vel cultellum eximerit: lanceam, baculum, seu quodlibet instrumentum aliud vulnificium levaverit in alterum, et ipsum ex impetu vulneris cruentaverit, seu mutilaverit, vel sibi vulnus quodlibet aliud inflixerit: super huiusmodi negotio soli tantum Advocati, et quaestionem dirimant et sententiam exequantur. Poenasque pro talibus excessibus debitas iidem Advocati una cum praefatis Consulibus parti debent et dividere per medium aequa lanceae. Praeterea quocienscunque praefati Consules ulnam panni, seu telae mensuram frugum, pensam, aut libram piperis, caeterarumque specierum et radicum, metretam cerevisiae, medonis seu vini, vel cuiuscunque potus, vel liquoris alterius, seu quarumlibet rerum aliarum venalium in eadem civitate Bochnensi constituerint, et eas quemque non servare, imo, fortasse transgredi contigerit, poenas transgressoribus inflictas de praemissis sed et de pileo in foro extenso succrescentes, Advocati cum Consulibus supradictis per partem mediam inter se dividunt modo pari. Ad cuius constitutionis cuiuscunque supradicti Advocati personam idoneam, que tamen debet esse continuo de gremio civitatis dictorum Consulum hominibus debent continuo adhibere. Caeterum dum et quociens numerum mensurarum brascei augeri vel minui contigerit, tociens etiam mensura praefatis Advocatis de ipsorum molendinis debita continuo debebit succrescere, vel remitti. Demum hi ibidem Consules et tota Communitas ipsius Bochnensis Civitatis aquam pro suis usibus in piscinis advocatorum praedictorum recipiendi plenam habebunt et liberam potestatem. Pisces autemprehendendi in piscinis huiusmodi dietis Consulibus et communitati perpetuo non licebit. In casum vero, si quando imo quocienscunque per vehementiam aquarum torrentium aggerem alicujus piscinae, in qua praefati Consules et communitas supradictae Bochnensis civitatis aquam receperint, dirumpi contigerit: extunc aggerem huiusmodi tam praefati Advocati, quam etiam Consules et communitas ejusdem Bochnensis civitatis debebunt alterutrum per medium et medium ad integrum instaurare. Si vero praefati Advocati pro majori captura piscium aggerem piscinarum praedictarum voluntarie dirumperint eundem aggerem iidem Advocati restaurare debent propriis sumptibus, laboribus, expensis. Item quocienscunque supradictas piscinas, in quibus iidem

Consules et Universitas saepe fatae Bochnensis Civitatis aquam pro suis usibus receperint purgavi et exportari contigerit, toties tam advocati quam Consules, et ipsa Communitas Bochnen. civitatis medium et medium alterutrum sumptuum et expensarum debebit impendere, continuis temporibus affuturis. Nos itaque concordiam, ordinationem, declarationem, et definitionem hujusmodi sic ut praemittitur, inter partes saepe dictas, factam, ratam habent. et gratam, ipsam in omnibus suis punctis, condicionibus, articulis, clausulis et sententiis approbamus et ratificamus et confirmamus: decernentes ipsam obtinere perpetui roboris firmitatem. Postremo statuimus efficacius, et sancimus quod, si quis partium praedictarum concordiam et definitionem hujusmodi servare noluerit, aut contumaciter violaverit quomodo libet in futurum: extunc pars rea seu rebellis pro poena vallata ad Cameram Thesauri Nostri ducentas marcas numeri polonialis consueti solvere tenebitur cum effectu. Quam poenam parti rea ex nunc infligimus irremissibiliter, si se casus obtulerit exigendam.

Actum in nova Civitate, alias Corezin ipso die Beatae Hedvigis Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto. Praesentibus Petro Epischka Castellano Vislicensi, Drogossio Iudice, Grzevosio succamerario, Dobkone de Koszicze subjudice Cracoviensi Spitcone subpincerna Sandomiriensi et Stasskone de Chroberz ac aliis multis Nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Reverendi in Christo Patris Domini Nicolai Episcopi Posnaniensis praedicti Nobis sincere dilecti. Per Dominum Clementem de Moskorzow Vice Cancellarium Regni Poloniae.

Nos itaque Sigismundus Rex Poloniae praenominatus annuentes justis petitionibus praefati Nicolai Czikowski Castellani Sandecensis Burgrabii Castri Cracoviensis et Advocati Haereditarii Bochnensis praeinsertas literas coram Nobis exhibitas de certa scientia et voluntate Nostra Regia transcribi, transsumi et innovari fecimus illasque ac omnia, et singula in eis contenta et expressa, in omnibus earum articulis, conditionibus, clausulis, punctis, et toto earum tenore aporoband. ratificand. et confirmand. duximus: prout approbamus, ratificamus et confirmamus: decernentes: auctoritate Nostra Regia ipsas literas et omnia in eis contenta, et descripta robur debitae ac perpetuae firmitatis obtinere tenore praesentium mediante. In cuius rei

fidem et testimonium Sigillum Nostrum est praesentibus apprensū. Datum Cracoviae Sabatho in vigilia Sanctae et individuae Trinitatis Anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo tertio. Regni vero Nostri Anno Vigesimo Septimo.

Relatio Reverendi in Christo Patris Domini Petri de Thomice Episc. Crac. et Regni Poloniae Vice Cancellarii.

VI.

Przywilej Władysława II. z r. 1405 i Jana Olbrachta z r. 1494, oba przez Zygmunta I. 1525 potwierdzone, mocą których miasto Bochnia otrzymała prawo otworzenia rzeźni i jatek z mięsem.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae etc. etc. Significamus tenore praesentium universis, Quia exhibita sunt coram Nobis pro parte G^{si} Nicolai Czykowski Cast. polan. Burgrabii Castri N^{ri} Crac: et advocati haereditarii Bochnen: binae l^{rae} Serenissimorum olim praedecessorum N^{rum} Poloniae Regum videlicet Wladislai Avii et Joannis Alberti Fratris Germani N^{ri} Charissimi Incolis Oppidi N^{ri} Bochnia super libero foro carnum per dictos SS^{mos} praedecessores N^{ros} concessae supplicatumq. est Nobis, ut easdem l^{ras}, in forma vidimis exemplari et transumi mandaremus ac l^{ras} earum transumpti, ipsi G^{oso} Nicolao Czykowski praefato sub Sigillo N^{ro} concedere dignaremur, quarumquidem l^{rum} tenores sequunt et sunt tales:

Wladislaus Dei Gratia Rex Poloniae, Lithvaniaeque Princeps suprem: et haeres, Russiae etc. Significamus quib. expedit universis, Quomodo ad instantes petitiones totique Communitatis civium, et Incolarum N^{rae} Bochn. C^{itis}, qui Nobis humillimas ipsorum porerunt supplicationes, ut ipsorum inopiam, et variorum defectuum onera, quib. proch dolor non modice dinoscunt. implicati, benigniter intuentes, eorundem inopiae, et defectum hujusmodi misericorditer subvenire dignaremur. Quarum bene meritis acclinati petitionib. ipsos hac praerogativa de N^{rae} libertatis gratia speciali digne decrevim. consolond. ut N^{ris} piis suffulti praesidiis sub N^{ro} felici Regimine uberique respirare

valeant ipsaque Bochn: Cīttas exinde feliciora posset recipere incrementa, et Creatoris N^{ri} clementiam pro Nobis jugiter exorare. Ipsīs in Cītte Bochn. praedicta in loco, quod vulgariter Nōvvirinek dicit. bancos carniū, seu macella libera, quae vulgariter sochaczki nuncupat: eo jure, et consuetudine singulis dieb. Sabbathi in qualibet septimana habendi: et carnes cujuscunque generis hominib: quorumlibet statuum, et conditionum vendendi, quib. bancos seu Macella hujusmodi in Cracovia haberi permisin: plenam liberam et omnimodam tenere praesentium concedimus libertatem, temporib. affuturis permansur. salvo etiam Salario in Cracov. praetextu bancarum et Macellorum eorundem observato. Vobis igit. Capitaneo, Procuratori, Viceprocuratori Cracov. et eorum Vices gerentib. qui pro tempore fueritis N^{ris} firmis dam: Regalib. in mandatis, quaten. praefatam communitatem Civium et Incolarum N^{rae} Bochn: Cīttis in vendendib. cernib. singulis dieb. Sabbathi, in bancis carniū, quae Sochaczki, ut praemittit. appellat. nulla impedire praesumatis ratione quousque a Nobis aliud habueritis in mandatis, harum quibus sigillum N^{rum} appensum est testimonio firum Datt: in Nepolomycze P^a 2^{da} pt. Ducem Reminiscere A^o Dⁿⁱ 1405. Ad relationem Nicolai Vicecancellarj.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam etc. etc. Nos Joannes Albertus DEI Gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae Sandomiriae, Siradie, Lanciciae, Cuiaviae, Suprem. Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae ac culmen. Elbingen: et pomeriae Domin: et haeres. Significamus tenere praesentium quib. expedit Universis praesentib. et futuris harum Notitiam habituris, quod attendentes Cīttis N^{rae} Bochn. et universorum incolarum ejusdem non mediare gravamen quod praecipue ex venditione emptioneque carniū continuis haebdomadis seu diebus habent et tolerant Volentesque hujusmodi eorum necessitati consulere, nec non Zuppis seu Thesauris N^{ris} maiorem melioremque fertilitatem vict. administrare, duxim: praefatae Cītti N^{rae} Bochn. et omnibus ejusdem inhabitatorib. et quibuscunq. advenis et hospitib. forum liberum septimanale, ad vendendas emendasque carnes quorumcunque animalium pro usu humano necessariorum idoneorum et sollitorum indicere et constituere, prout iam ex nunc indicim: et institum. tenore praesentium mediante. Ita ut

omnes, et singuli homines ejuscunq. stat. sint, tam intra praefatam Cittē N^{ra} Bochnen: quam etiam circa quaq. in aliis oppidis vicinis, aut Villis circum iacentib. manen: quā etiā undequaque et ex quib. cunq. partib. venientes poterint, posuntq. licite libere, carnes quascunque pro humana necessitate et usu valentes, et idoneas in publicum locū Cittis N^{rae} Bochn: praefate adducere, et mactare, pro quolibet die Sabbatho per totum annum perpetuis temporib. vendendas et emendas. Vobis itaque subditis nostris per totum Regnum nostrum Poloniae et praecipue ubilibet in terris Cracovien: nec non in C^{itte} N^{ra} praefata Bochn: manentib. ejuscunq. stat. existant notificam. publicamusque et in notitiam universarū deducim. nec non certificam et assecuram. quaten. liceat vobis, et unicuique vestrum pro praefato foro libero civitatis n^{ra} praefatae Bochn: quolibet die Sabbatho per circulum totius anni perpetuis temporib. hujusmodi carnes quorumcunque animalium usui humano necessariorum, seu valencium, et idoneorum adducere, et mactare, vendereque et emere in loco publico pro hujusmodi venditione, aut emptione specialiter deputato, aut deputando, juxta mor et consuetudinē aliarū C^{ittu}, et signanter C^{ittis} N^{rae} Casimirien. juxta Cracoviam sitae ubi hujusmodi fora libera de jure et consuetudine sunt instituta, atque tenta salvis tamen jurib. et solutionib. N^{ris} hujusmodi foro libero annexis, solitis et institutis. In cujus rei Testimonium Sigillum N^{rum} praesentibus est sub appensum. Actum Cracoviae F^a 3^a p^{xa} post Festum S. Petri Advincula A^o Dⁿⁱ 1494.

Praesentib. Resmo in C^{hr}. Patre D^{no} Andrea Rosa Archiepiscopo Leopoliensi Nec non Mag^{ficis} et G^{ros}is Dobeslao de Kuroswanki Palatino Lublinen. Petro de eadem Kuroswanki Regni N^{ri} Thesaurario et Capitaneo Cracovien. Ioanne de Podladow Zarnovien. Petro Myskowski Wyelunen. Castellanis Nicolao de Thanczyn gladifero Cracovien. et aliis quam plurib. Consiliariis, dignitariis et Curiensib. N^{ris} testib. circa praemissa Datt: per manus Venerabilis Gregory de Ludbrancz Scarbimirien et S. Floriani in Cleparz Ecclesiarum praepositi Regni N^{ri} Vice Cancellar^y sincere Nobis dilecti Relatio ejusdem Venerabilis Gregory de Ludbrancz Regni Poloniae Vice Cancellar^y.

Quib. quidem I^{ris} Nos diligenter inspectis annuentes supplicationi praefati G^{rosi} Nicolai Czykowski Castellani

polanecensis et Advocati haereditarij Bochn. eas exemplari et transumi mandavim. decernen: et volent: ut huic praesenti transumpto sive exemplo plena fides adhibeat: in omnib. et singulis locis quib. fuerit opportunum, ipsuq transumptum Nrum perinde fidem faciat, et illi stet: ac si originales, ipsae lrae exhiberent. harum quib. nostrum est appensu testimonio literaru Aett. et Datt in conventionione generali piotrecovien F^a 3^a pxa ante Festum Purificationis Gloriosissimae Dominae Nostrae Virginis, Mariae A° Dñi 1525. Regni Nri A° 19. Locus sigilli Pensillis. Petrus Episcopus et Vicecancell. Relatio Rndi in Xto Patris Domini Petri de Thomice, Cracovien. et Posnaniensis Episcopi ac Poloniae Vice Cancell.

VII.

Przywilej Władysława II. nadający w roku 1420 miastu Bochni sądownictwo rozszerzone na wszystkie przestępstwa i zbrodnie z wyjątkiem dwóch.

Wladislaus DEI Gratia Rex Poloniae, Litvanieque Princeps supremus et Haeres Russiae etc.

Significamus tenore praesentium quibus expedit universis etc. Quod ex quo adhuc omne Majestati elementia Nobis commissit, Regni Gubernacula et Diadematis Nos honore insignivit et cum omnium spatio sub Nostri Regiminis cura consistentium profectibus teneamur intendere, et maxime horum, quorum Ministeriis facta et negotia Nostra diriguntur, fatemur Nos obligare. Proinde advertentes quomodo incolae Civitatis Nostrae Bochnensis a nonnullis Nobilibus et terrigenis nunc judiciorum strepitibus, nunc oppraessionibus, nunc injuriis et nunc calumniis contra jura et constitutiones ipsorum, multa et varia paciantur detrimenta, Dolentes itaque ut praefati cives civitatis Nostrae praedictae subvenire protectionis posui praesidiis ab oppraessionibus omnibus et calumniis eruentur et per Nostra Opitulancia debita libertate detinere ex super abundanti Gratia Nostra. Hanc ipsis specialem concedimus Gratiā Nostrā. Hanc ipsis specialem concedimus Gratiā praesentibus ac largimur ut pro causis omnibus et singulis,

tam magnis, quam parvis adversus quaslibet personas coram ipsorum iudicio prout juris Theutonici et Magdeburgensis firmitas requirit, et non coram alio recondere sunt adstricti, exceptis duntaxat duobus articulis jam dudum praevidendum et consuetudinem Regni proclamatis, primo videlicet ut pro vulneribus, omnium vel cujuscunque Nobilium in civitatibus praedictis illatis, et secundo pro homicidio etiam Nobilium perpetratores coram Nobis et Nostro Iudicio tenebuntur respondere. Vobis igitur omnibus et singulis Palatinis, Castellanis, Capitaneis Iudicibus et subjudicibus, Camerariis, sub Camerariis et caeteris omnibus Regni Nostri Officialibus et subditis firmiter Nostris Regalibus damus et mandamus, Quatenus praefatae Civitatis omnes Incolas et Ministros circa hanc ipsis datam et concessam Gratiam inviolabiliter de Beatis conservare. Harum quibus sigillum Nostrum minus est appensum testimonio literarum. Datum in nova civitate feria secunda intra octavas Sancti Bartholomaei Apostoli Anno Domini Millesimo Quatringentesimo vigesimo.

Blosius Dominicus Ioannis Decani Cracoviensis et Regni Poloniae Vice Cancellarii.

(L. S.)

VIII.

Mikołaj Czikowski z Woysławie, wójt Bocheński*) zapisuje na wyderkał z dochodów swych miejskich 13. grzywien polskich Franciszkowi z Mychowa, vicario perpetuo Canonicali Ecel. Cathedr. Cracoviensis. Syn Mikołaja także Mikołaj otrzymuje potwierdzenie 1538 r.

Nicolaus Thuschiosky de Luczbowieze Iudex et Ioannes Stabosch de Palmowice subjudex Terrae Cracovien. Gnales. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis, et singulis praesentibus, et futuris harum notitiam habituris. Quomodo coram nobis, et Camerariis N^{ris} protunc in Iudicio praesidentibus, comparens personaliter Grosus Nicolaus Czikowski de Woyslawice Advocatus ho-

*) Mikołaj Czikowski starszy był wójtem Bochni między rokiem 1495—1535, mniej więcej.

diernus Bochnen. sanus mente et corpore, per omnia existens, non compulsus, nec coactus, nec quovis dolo seductus, sed de ipsius libera, et spontanea voluntate, et libero arbitrio fratrumque suorum amicorum consilio, recedendo a quovis suo districtu, et jure Theutonico Magdeburgensi, seu civili, et se huic jurisdictioni Forum Cracovien. in toto incorporan. et subjiçien. publice et libere recognovit. Quia Tredecem Fl. in moneta pecuniarum certi annui census ipsius liberi, nullique auctori obligati, monetæ, et numeri Poll: consueti 30 grossos in quemlibet florenum computan. annis singulis et continuis et in super tota Advocatia sua hæreditaria Bochnen: et ejus omnibus universaliter singulis, singulariterque universis introitibus, censibus, proventibus, et eorum emolumentis redditibus, agris, pratis, hortis, hortulanis, Piscinis, Piscariis, Sutoribus, Pistoribus, et censibus liberi fori, alias Sochaczki, Fodinis Solinarum, et signanter in censu duodecim Alarearum singulis Annis, a Consolato Bochn. ratione eorum Electionis super dictam Advocatiam, ab antiquo spectan. et aliis omnibus proventibus nunc habitis et post habendis quocunque nomine censeantur, nihil penitus excipien. nec non super omni Iure, et Dominio ejusdem Advocatiæ Bochnen. atque omnibus proprietatibus nihil penitus excluden. nec aliquid juris, et proprietatis pro se ipso, et suis legitimis Successoribus in dicto censu Tredecem Fl. proprietatis, et Domini reservant sed plenarie, et integre prout solus, et sui Antecessores, tenuit, et habuit, possidebat, seu tenuerunt, habuerunt, et possidebant pro summa Ducentarum Alarearum pæcuniae monetæ, et numeri Polonialis consueti, in quamlibet Alaream 48 grossos computan. iam in rathis receptarum, et levatarum Honorabili Francisco de Mychów Vicario perpetuo Canonicali et vice Custodi Altaris, reque Altaris Tit. S. Catharinae Majoris Ecclæ Cathedralis Cracoviensis et suis posteris illi, vel illis cui vel quibus ipse hunc præfatum Censum 13 Fl. sive iam in parte pro altari Stæ Catharinae in eadem Ecclâ Cathedrali incorporatum, sive residuum incorporandum, quod suo reliquo Arbitrio resignaverit, inscripserit, legaverit, seu donaverit et inscripserit in vim tamen, et sub titulo veri, et justî Contractus redemptionis seu reemptionis, alias Nawyderkaff in totum præfato Francisco et ejus legitimis posteris vendidit, judicialiterque assignavit, resignavit et inscripsit et intromisit

ac Tenutam per ministerialem terrestrem de jure additum adintromitten. dedit, vel alium quemeunq. sibi duxerit, eligens per ipsum pfatum Franciscum, et suos successores, cum omni iure et toto Dominio pfatum censum, seu redditum annuum 13 Fl. tenendum, habendum, levandum, capiendum utifruendum, et juxta consensum Mattis Regiae addictum censum, et ejus summam pfato Francisco iam expeditum in manusq. ejusdem Francisci oblatum et concessum, in se latius canentem percipiend. disponendum, et juxta voluntatem ipsius libere converten. prout sibi, et ejus successoribus melius videbitur expediri usque ad tempus ejusdem census futurae reemptionis possidendum, cujus quidem consensus tenor sequitur et est talis.

Sigismundus DEI Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Rusiae, Prussiae, Masoviaeque. etc. Dominus, et haeres. Significamus tenore psentium quibus expedit Universis et Singulis Quia Grosus Nicolaus Czikowski Advocatus Modernus Bochn: ostendit hic coram Nobis Lras consensus olim parenti suo Groso Nicolao Czikowski Castellano Polonocen. tum Advocato Bochn. vendendi, et inscribendi certum censum annuum pro Ducentis Marcis pecuniarum, cuicunq. personae speciali, super eadem Advocatia Bochn. in vim reemptionis pmiseramus, prout hujusmodi literae latius hoc declarant. Qui tamen olim Parens suus ejusmodi censum ad effectum non perduxerit, ideo Nobis supplicavit, quatenus sibi hunc ipsum censum denuo dare et concedere dignaremur. Nos itaque Ejus Nicolai Czikowski Advocati moderni servitionum rationem habentes, quibus se Nobis reddidit commendatum, eidem annuum censum Ecclaticum pro Ducentis Alareis pecuniae communis Polonicalis cuicunq. Personae Spirituali, et super Advocatia pfata Boch. et introitibus suis titulo justae reemptionis alias na wyderkaff juxta morem Ecclae Cathedralis Cracov. inscribere admisimus, consensimusque. et consentimus psentibus per eandem personam Ecclastica vel Ecclae, cujus interest censum pfatum priusquam inscriptus fuerit de dicta Advocatia, et proventibus ejusdem habend. tenend. percipiend. usque ad redemptionem census praefati per eundem Nicolaum pfatum Advocatum modernum, vel successores ejus debito modo faciend. juribus tamen Nris et expeditione bellica ratione dictae Advocatae Nobis debita Salvis permanentibus. Harum quibus Sigillum Nrum psen-

tibus est appensum testimonio L^{rum}. Datum Cracoviae
Feria sexta in vigilia S^{ti} Laurentii Martyris A. D. 1538.
Regni N^{ri} Tricesimo secundo.

Relatio Magnifici Pauli de wola Regni Poloniae Vice-
Cancell. Burgrabii Cracovien. et Capitanei Gostinen.

IX.

Przywilej Zygmunta I. z roku 1525 nadający Bochni prawo pobierania 1go
złotego polskiego od każdego pułkuffka wina węgierskiego, do miasta wpro-
wadzonego, celem utrzymywania dróg w jak najlepszym stanie.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithvaniae, Rusiae, Prusiae etc. D^{mus} et Heres. Significa-
mus tenore praesentium universis. Quia annuentes supplica-
tionibus quorundam Consiliariorum Nostrorum pro Civibus
Oppidi N^{ri} Bochnia nobis factis, considerantes illud oppi-
dum magna, et fere continua viarum suarum publicarum
reparatione propter frequentiam vectorum illuc pro sale
confluere solitorum indigere, et proventus ejusdem Oppidi
ad plerosque alios usus illic necessarios, ad ipsam viarum
reparationem non suppetere admittendum duximus, et ha-
rum serie l^{itt}. admittimus Proconsuli, et Consulibus dicti
Oppidi N^{ri} Bochnia modernis et pro tempore existentibus,
damusque illis facultatem, ut possint more C^{ittis} N^{rae} Cra-
coviensis: a quolibet medio vase vini hungarici vulgo Pułkuffek
appellati illuc in Bochnia ad vendendum seu propinan-
dum adducti unum florenum in moneta hoc est 30 gross.
exigere, et recipere totamque summam pecuniae, ex hujus
modi exactiona vini proventiem, ad praedictam viarum re-
parationem convertere, pro circa universis et singulis ejus-
dem Oppidi N^{ri} Bochnia Civibus et aliis quorum interest
mandamus ut ipsos Proconsulem, et Consules Bochni: hac
admissione, et facultate per nos illis gratiose concessa, uti
permittatis illisque sic uti praemissum est, a quolibet me-
dio Vase vini hungarici, a^{ls} Pułkuffek, ad hoc ipsum Op-
pidum ad vendendum et propinandum adducti, per Unum
florenum, irrecuse solvatis praesentibus ad nostrae volun-
tatis beneplacitum duratur. Quibus in Testimonium Sigillum

Nr̄um est appensum. Datt: in Conventu Generali Pyotrko-
wien ꙗ Ga Festi S. Blas̄y A. D. 1525 Regni Nrī An. 19°
Petrus Episcopus et Vice Cancell.

X.

Przywilej Zygmunta I. z roku 1525, mocą którego naznacza pewne dotacye z gminy i z Zup dla rajców miasta Bochni, aby urzędy swe gorliwiej sprawowali i opieką swą Żupy królewskie otaczali. August II. potwierdził go 1715. August III. 1749 r.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. Significamus tenore presentibus Universis. Quia cum Generosus Nicolaus Cikowski, Castellianus Polanecensis Burgravius Castri Cracoviensis Advocatus Haereditarius Bochnensis Nobis exposuisset, quod ipsum oppidum nostrum et ejus proventus non recte administrantur ac providentur, propterea quod cum obventiones quae Consulibus residentibus et etiam dispensatoribus civitatis qui Lunari vulgo nuncupantur, dari ante hac solebant in disuetudinem totaliter abierint, cives magis solertes et idonei provinciam administrandae rei publicae ejusdem oppidi gratis subire et sua privata commoda, propter publica negotia praetermittere recusent, alii rudes et simplices cives ad regimen ejusdem oppidi Nostri Bochnia et dispensationem ejusdem proventuum assumantur. Si vero more antiquo aliarum civitatum et oppidorum Regni Nostri et etiam ipsius oppidi Bochnia aliaequae obventiones et salaria ejus Consulibus et Dispensatoribus, per Nos dignarentur, facilius posse viros idoneos ad abunda munera et onera civilia ipsumque oppidum gubernandum inveniri et proinde nobis supplicavit idem generosus Nicolaus Cikowski Castellanus Polanecensis ut ipsum more antiquum in praemissis innovare ac aliquos census obventiones seu salaria ipsis consulibus et dispensatoribus oppidi Bochnensis pro tempore existentibus ad eorum usus convertendos ordinare et designare dignaremur. Nos itaque his supplicationibus praefati Advocati annuentes, volentes-

que prospicere ut actiones et negotia publica dicti oppidi Nostri Bochnia melius quam ante hac tractentur, ipsumque oppidum et ejus census et proventus diligentius exigantur et provideantur, atque communem utilitatem illius pro meliori statu et conditione sua debite dispensentur, certo edocti per eundem Advocatum et cives Bochnenses ipsos Consules illius oppidi Bochnia officio consulari pro tempore praesidentes, seu residentes et etiam dispensatores Lunari cognominatos, certos proventus, redditus et census suos ex communi fisco civili pro praecipuis festivitibus habuisse et percepisse. Ita denuo ordinandum duximus et harum serie literarum ordinamus, quod pro singulis diebus festivitatum. nativitatis, Domini Paschae, Pentecostes et Omnium Sanctorum dentur in comune, ex ipso fisco civili Consulibus duntaxat Residentibus sex lepores, sex Ollae vini, et duo quartalia carnis bovinae inter eosdem consules residentes aequaliter parcienda: et praeter hoc detur eorum cuilibet pro festo nativitatis Domini unus panis albus seu triticeus Striuzel vernaculo sermone nuncupatus, valoris sex grossorum et singulis annis quartalibus detur etiam unicuique consuli et residenti de pecuniis civilibus una marca cum media pecuniarum monetae et numeri Nostri Regni consueti et omnibus insimul ac in commune tres trimensurae solis cocti ex sale per alias literas Nostras ipsis Consulibus Residentibus in illis Zuppis Nostris Bochn. ad Nostrum beneplacitum assignato, ratione cujus superintendere et providere tenebuntur, ne eadem Salinae Nostrae Bochnensis per ignem aut aquarum inundationem aliquid incomodi accipiant. Dispensatoribus vero seu Lunaris ejusdem oppidi Bochnia quo alacrius et diligentius officio suo incumbant, per unam Marcam pecuniarum ex ipsis etiam proventibus civilibus dandam singulis annis quartalibus assignamus Volentes et mandantes hujusmodi ordinationem Nostram perpetuis temporibus observari, pro Gratia Nostra Harum testimonio Literarum quibus sigillum Nostrum est appensum. Datum Cracoviae feria sexta proxima ante festum Sanctae Elisabeth Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto, regni vero Nostri anno decimo nono, Petrus Tomicki Epis. Crac. et Vicecancellarius.

Zaś August II. potwierdził ten przywilej następującymi słowy: „Jam alias hoc privilegium et alia per Civitatem habita Succedaneorum Seremissimorum Regnum con-

firmata approbare et confirmare dignaremur. Nos supplicationi huic uti justae annuendo benigne tam supra insertum Privilegium, quam alia omnia privilegia, jura literas, libertates et immunitates ipsis Consulibus et toti communitati Civitatis memoratae Bochnensis per Serenissimos Rejci Poloniae Antecessores Nostros quoscunque concessas, quas hic pro specialiter et singillatim insertis habere volumus tam in genere quam in specie in omnibus punctis, articulis et conditionibus clausulisque approbandas, ratificandas, et confirmandas, quantum juris publici rationes sinunt et usus earum habetur, duximus uti approbamus, ratificamus et confirmamus praesentibus literis decernendo eadem omnia jura, privilegia, singulariter super pensionem Salinariam Consulibus Bochnensibus e Zuppis Nostris extradendam concernentem, universaque eorum Libertates, Decreta et literas illis servientes vim et robur debitum perpetuae firmitatis obtinere debere, inherendo quoque legibus et constitutionibus Regni publicis de bonis Mensae nostrae Regie sancitis singulariter Constitutioni Regni Generali 1633 fol. 46 titulo Libertacya miasta Wieliczki od stacyi żołnierskich paragrapho miastu Bochni tasz Constitucya służy, et Constitutioni Anni 1635 fol. 40. titulo Wolnose od Stanowisk żołnierskich tum et Constitutioni 1658 fol. 40 titulo miasta nasze Bochnia, Wieliczka, Ilkusz nec non anni 1673 fol. 23. titulo Oekonomie KMCI, et Constitutioni 1676 simili titulo Oekonomie fol. 44. ad extremum constitutioni Anni 1678 fol. 6 titulo Ochrona Dobr Naszych Oekonomicznych. Hanc eandem civitatem Bochnia juxta praelegatas Constitutiones ab omnibus et singulis mercibus militaribus Hybernae Consistentiae stativae cujuscunque exercitus Nostri quam magnus Ducatus Lithuaniae dationibus, extorsionibus, pensionibus, exactionibus, quocumque nomine vocitatis liberamus eximimus et in contra venientes aliquot gravamen huic civitati Bochnensi illiusque incolis inferre praesumentes poenarum vigorem in legibus regni descriptum interponimus. In cujus rei fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsoviae die IX. Mensis Martii, Anno Domini MDCCXV Regni vero nostri XVIII anno. Augustus Rex.

Tento sam przywilej potwierdził August III tymi słowy i wydał osobny przywilej.

Augustus III. DEI Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoae, Samgiae, Kijoe, Volhyae Podliae, Podlachae, Livoniae, Smolensae, Sevræ, Czerniechæq. nec non Haereditari. Dux Saxoniae, Princeps et Elector. Significamus praesentibus Lris Nris quorum interest universis et singulis, exhibitas Nobis esse Lras pargameneas manu Serensmi Divae Memoriae Augusti 2^{di} Regis praedecessoris ac parentis Nri desideratissimi subscriptas, et Sigillo majoris Cancellariae Regni communitalis sanas salvas et illaesas, omniq. suspicionis nota carentes, continentes in se confirmationem omniū juriū, decretorū, libertatū immunitatū lrarū ac privilegiorū Citti Nrae Bochn. servientium Supplicatūq. Nobis quaten: easdm Authoritate Nra R^a confirmare et ratificare dignaremur, quarum quidm Lrarū tenor est de verbo ad verbum, qui sequit: talis. Augustus 2^{di} DEI Gratia Rex Poloniae etc. etc. etc. Significamus praesentibus Lris Nris quorū interest universis, et singulis, quod etsi in felici coronatione nostra Diplomate ordinibus Regni dato, non modo publica sed et privata, quorumcumq. subditorum nostrorū Iura ipsis a Serensmis praedecessorib. Nris Regib. Poloniae, juste et legitime data et concessa approbavim. Cum tamen Supplicatum nobis ēset nomine et pro parte Cittis Nrae Bochn. ut speciali privilegio Nro omnia et singula, ipsius iura privilegia libertates et praerogativas ipsis legitime concessas singulariter tamen super pensionem Salinaria Consules Bochn. e Zuppis Nris concernentem privilegio Serensmi Sigismundi 1^{mi} indultam cujus tenor talis.

Sigismundus DEI Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Rusae, Prusae Masovae etc. Significam. tenore praesentiu Universis. Quia cum Generos: Nicolaus Ciko-wski Castellanus Polanecensis Burgrabi Castri Cracovien. Advocatus haereditarius Bochn. Nobis exposuisset quod ipsum Oppidum Nostrum et ejus proventus non rōcte administrantur, ac providerentur etc. etc. (patrz początek tego numeru).

Nos itaque Augustus 3^{us} Rex eidm supplicationi, uti justae benignae annuentes praeinsertas Lras in omnib. earum punctis approbandas et confirmandas esse duximus, prout quidm approbam et confirmam. per praesentes decernend. omnia jura decreta, libertates, immunitates, Lras et privilegia. Citti Nrae Bochn. servientia vim et robur

perpetuae firmitatis ac debitae executionis obtinere debere. In euj. Rei fide praesentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiiri jusim. Datt. Varsoviee d. IX M. Jan. A. D. 1749 Regni vero Nri Anno XVI Augustus Rex.

Ignatius Ludovicus Nowicki

S^{ae} R^{ae} Matis Secretarius.

XI.

Dekret Zygmunta I. z roku 1533 rozstrzygający spór między przekupcami soli z Bochni i Wislicy pochodzącymi. Sprzedaż soli zaś w Żupach ma się odbywać w ten sposób, że Wisliczanie i Bochnianie będą otrzymywać na przemiany sól po 50 bałwanów na raz.

Sigismundus DEI gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Litvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. Dominus, et haeres, Significam. tenore praesentium quibus expedit, universis. Quia cum orta esset controversia, et ad Nos deducta, inter Cives nostros Wisliciensis et Bochn. pro non nullis injuriis, pro quibus se invicem accusabant et imprecabant: Nos que majori parti eorundem iniuriarum auditis utriusq. partib. propositionib: et responsis, per decretum Nostrum finem debitum imposuissim: Quia tamen inter alias querelas, et injurias, quib. se Cives Nostri Bochn. a Civib Nris Wislicien. affici querebant: haec una fuit per nos hacten. indiscuta: quae videlicet Cives ipsi Nri Bochn. qui dicebant se commune dispositorium salis cum Civib: Wislicien: in Wislicia habere, per Nros praedecessores illis concessu prohiberent. ab iisdem. Civibus Wislicien: salem vendere in eorum communi depository singulis dieb: ita prout ipsi Cives Wislicien. illic quolibet die illum vendunt. E diverso vero Cives Wislicien. audita hac contra se querela cum se ad privilegium Advocati sui retulissent, in quo cautum esse dicebant nemine prors: praeter Cives Wislicien: Salem Wissli. esse vendere posse nisi dieb. furoru. et insuper usum summa continuum, et consuetudinem in aliis Civitatib: praesertim vero in Citta Osswiantzimensi observata allegasset in qua tametsi Cives Wislicien: et alii co-

muni emporio seu depositoryo illic Salis uterent. non tamen ad salem illic vendendum admitterent. nisi diebus fororum. Indigenis, et Incolis duntaxat loci illius liberam facultatem vendendi quotidie salis habentib. Rursus vero Cives ipsi Bochn: se sufficienter privilegiis a praedecessorib. Nris eis concessis munitos esse ad eandem facultate vendendi ipsius salis singulis dieb. in ipso communi eorum emporio Civis Wisslicien: replicassent, et quae usum eorundem privilegiorum ante hanc habuerint seq. praesto esse ad probandam possessionem pacificam, et usum vendendum quotidie salis in emporio Wisslicien: declarassent. Nos prospicere volentes, ne in hujus modi partium praedictarum assertionib. si jurejurando confirmari deberent perimnia contingerent, et ne etiam ex hanc controversia, maior aliqua difficultas, vel contentio inter easdem partes oriret in futurum ad eam mediocritate, ex temperamentum eam ipsam controversiam reduxim: et reducim: harum serie Itaru decernentes, quae ipsi cives Bochn: nullis aliis dieb: qua feriis, quintis, sextis et sabbathi singulis septimanis anni salem illic Wislicie in emporio eoru cum Civib. Wisslicien. communi vendere debeant, nec possint. Ipse vero Cives Wisslicien: eius vendendi quolibet die liberam potestatem habebunt perpetuis temporib: et in aevum. Caeteru qui recensuerunt coram Nobis praefati Cives Nri Bochn: Grosu Severinum Boner Castellanum Zarnovien. ac magnum procuratorem Zuppariumq: Nru Cracovien. hanc ordinationem in Salinis, seu Zuppis Nris Bochn: in vendendo ipsis Civib. Wisslicien. et Bochn: sale fecisse propter maiorem numerum negationum salis vissliciensium Wisslicien. q. Bochnen: quod cum sal ipsu duob. civib. quib. eunq. Wisslicien, in eisdem Zuppis Bochn: venderet. debeat uni duntaxat Civi Bochn: respectu illorum duorum visslicien: alternatim vendi. Quae ordinatio cum praepjudicialis ipsis Civib. Bochnen. esse videbat qui una cum ipsis civib. Visslicien: equaliter salem ad aemporium seu depositoryum visslicien. convehunt, et suppeditant ej: dinq. depositoryi alia onera, et poenas super salis in illo defectu equaliter ferunt, consentancum, et aequitati consonum esse visu est Nobis hanc ordinationem et inaequalitate in vendendo sale praedictis utrisq: civib. Nris Boch. et Wisslicien. per praefatu Zuppariu Nru factam abrogari tolli, et submovere debere, prout illa abrogavim: sustulim: et submovim: abrogam: q. et submovem:

et tollimus tenore praesentium mediante decernentes, et statuantesq: deinceps non attenta paucitate Civiu Bochn: qui Salem ad aemporiu Vislicien: ducunt et illo negotiant. quos maiori Nro sui Cives Vislicien: excedunt debeat utrisq: illorum aequaliter sal ipsu vendi in dictis Zuppis Bochn: hoc est uni Civi Vislicien: et alteri subinde Bochn: eo modo et ordine semper alteruatin observato perpetuis etia temporib Ea tamen lege quae hi ipsi Cives Bochn. et Visslicien: salem inter se indicem illie in Bochnia non revendant, sed illud ad depositorium suum comne Visslicienne ad vendendum ducant, et ut semper cum op: fuerit 50 banci ipsi: talis Civib: Bochn: et alii 50 banci Civib. Vislicien ad commune eoru Salis despositoriu Wisslicienne vendantur. Id quod Zuppario Nostro Cracovien moderno et pro tempore existenti et aliis officialib: Zuppae Nris Bochn: curandum est providendum comittimus. Harum Testimonio Literarum quib: Sigillum nostrum est appensum. Datt. Cracoviae feria Quarta Rogationu A° D. 1533 Regni vero Nri A° 27° Petrus Episcopus et Vice Cancell.

XII.

Zygmunt II. potwierdza w roku 1548 na sejmie Piotrkowskim wszystkie przez siebie i swych poprzedników nadane Bochni przywileje.

In Nomine Domini Amen!

Ad perpetuam rei memoriam. Cum in rebus humanis nihil sit firmum et perpetuum sed omnia fluxa, et caduca prudenti Consilio inventum est, ut ea literarum monumentis mandentur, quae ad posteritatis memoriam transire debend. Quam obrem nos Sigismundus Augustus DEI gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, nec non terarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lancitiae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Culmen. Elbingensis, Pomeraniae-que etc. Dominus et haeres. Significamus praesentibus Iiris quorum interest, vel interesse poterit universis, et singulis tam praesentibus, quam futuris harum notitiam habituris. Quia quemadmodum duodecimo ab hinc anno solemni ju-

ramento, et lris ad id datis obligaveramus Nos posteaque ad Regni gubernacula accessisemus omnia jura privilegia et libertates subditorum nostrorum omnium statuum, et ordinum tam publicas quam privatas confirmare. Ita posteaquam SS^{mus} parens Noster ex hac vita excessit, Regniq: gubernacula ad Nos debata sunt, tametsi memores iurisiurandi a nobis praestiti, et fidei per literas nostras datae, ea quae verbis polliciti fuimus, in praesenti generali conventu regni Nri re ipsa praestiterimus omniaq: jura, privilegia, literas, libertates et immunitates Ecclesiasticas, et Saeculares, tam publicas, quam privatas personis cujuscunque status et ordinis, SS^{mis} Regib: Poloniae et aliis antecessoribus Nris concessas confirmaverimus, eaque nos inviolabiliter observatuos vigore praestiti juramenti obligaverim. Quia tamen in eadem conventionem supplicatum est Nobis per famatos Consules C^{ittis} N^{rae} Bochn: ut omnia jura, privilegia, literas, libertates et immunitates ipsis Consulib: ac Civitati memoratae Bochnen: per SS^{mos} Antecessores Nros concessas specialibus lris Nris autoritate Nra Regia approbare, ratificare, et confirmare dignaremur. Ideo Supplicationi ejusmodi uti iuste benigne annuentes, tum commendatam habentes ipsius C^{ittis} Bochn: in maiores Nros Reges Poloniae, ac Divum parentem Nrum Singularem fidem, et observantiam, ut singularia gratiae Suae Testimonia in ea relinquerint, ac libertates ac immunitates plerasque illi largiti sint. Nos quoq: volentes Nrae gratiae testimonium in ipsam C^{ittem}. Bochn: in his felicibus Regni Nri comiciis extare, omnia et singula privilegia, iura, literas, decreta, libertates, et immunitates ipsis Consulibus ac toti comunitati memoratae C^{ittis} Bochn: publicae, et privatim quibusdam ex illis per SS^{mos} Reges olim Poloniae, et alios Antecessores nostros quoscunq. praesertim vero per Ludovicum als Loysz, Kasimirum antiquum, Wladislaum proavum, Wladislaum et Casimirum Avos, Ioannem Albertum, et Alexandrum patruos, ac Divum olim Sigismundum I^{um} parentem Nostrum concessas, quas hic specialiter et sigillatim proinsertis haberi volumus tam in genere, quam in specie, ita tamen, ut generalitas specialitati, et specialitas generalitati non deroget. Ac in omnibus earum punctis, articulis, conditionibus, et clausulis approbandas, ratificandas et confirmandas duximus, approbamusq: ratificam: et confirmam: praesentibus lris Nris, Decernentes

omnia eorum jura privilegia, libertates, decreta, liras, et immunitates robur debitae, et perpetuae firmitatis obtinere debere. Harum testimonio L^{rum} quibus in fidem est sigillum N^{rum} subappensum. Datt. Piothrcoviae in Conventione generali Regni f^a 5^a post Festum Conceptionis Mariae Virginis p^{xa} A^o D. 1548. Regni vero anno N^{ri} 19^o *) Praesentibus R^{mo} et (nieceytelne) in Christo patrib: D: Magnificis G^{ros}is et Venerabilib. Nicolao Dzierzgowski Archiepiscopo Gnesn. Legato Nato et Regni primate, Samuele Maciejowski Cracov. et Regni n^{ri} Cancellario, Andrea Zebrzydowski Wladislawien: Andrea Noskowski plocen: Ioanne Dziaduski praemislien: et Ioanne Droyowski chelmen. Eclar^{um} Episcopis. Ioanne Comite a Tharnow Castellano Cracovien: Regni N^{ri} Exercituum Supraemo, et Sandomirien. Strien. Liubaczovien. Capitaneo. Petro Kmitha Comite in Wisznice Cracovien. et Regni N^{ri} Supraemo Marschallo, et Cracovien. Scepusien. praemislien: Colen: q: Capitaneo, Ianussio Liathalski de Labischin posnanien: et Iuniwladislawien. Schulchowien: Capitaneo, Ioanne Comite de Theczin Sandomirien. Curiae Norae Marscallo ac Lublinen. Lelonien. Capitaneo, Stanislaw de Lasko Siradien et Capitaneo Lencitien. Petro de Sluszewo Calisien. et Capitaneo Nieschovien. Ioanne de Coszieliecz Iuniwladislawien. et Bresten. Dobrzinen. Kowalien. Capitaneo, Andrea Comite a Theczin Lublinen. et Snyathinen. Rochatien. Capitaneo, Petro de Dambrowicza Russiae terrarum generali, et Radomiens. Kazimirienq. Capitaneo, Nicolao de Brudzewo Lencitien. Ioanne de Mieliecz Podoliae et Capitaneo Chmyelniceen. Raphaelae Lyeszczynski Brzesten. et Radzieiowien. Capitaneo. Ioanne Dzierzgowski Masovia et Warschawien. Nurenq. Capitaneo. Palatinis. Andrea Comite a Gorca poznaniem. et majoris poloniae Capitaneo Generali Martino Sborowski Calisien. et Schidlowien. et oddalanowien. Stebnicenq. Capitaneo Spithcone de Tarnow Wemicen. Ragni N^{ri} Thesaurariis, et Bresinen. Krepicen. Krzeszowien. Capitaneo. Stanislaw de przeramp Siradien. Stanislaw a Tharnow Zawichosten. et Capitaneo Siradien. Ioanne Oczieski Biecen. SS^{mae} Principis Dominae Parentis N^{rae} Charsmae Curiae Magistro, Succamerario et Burgrabie Cravien. ac Sandecen Capitaneo. Erasmo de Kreth-

*) Zapewne pomyłka i ma być 1^{mo}.

kow Brzesten. et Capitaneo pisdren. Nicolao Grabia Chelmen. Regni Nri Vicecancellario, et Lubumlien. Capitaneo, Alberto Stharzechowski Belzen et Capitaneo Drohobicen. Ioanne Bonar de Balicze Oszwienczimen. Ioanne de Gologori halicien: Castellanis. Jacobo Uchanski Decano Plocen. Archidiacono Warshowien. Canonico Cracovien. et Secretario majore Valentino Dembienski Curiae Nrae Referendariis Andrea Czarnkowski Praeposito Gnesnen. et Scholastico. Ioanne Przerembski praeposito. Philippo Padniewski Cantore. Andrea Przeczlawski Decano Posnanien. et Canonico. Stanislaw Hosio Iuris Utriusq. Doctore, et Canonico Cracovien. Secretariis Nris. Ioanne Liuthomyrski Curiae Nrae Thesaurario. Nicolao Mnissek de magna Kuneczicze Sucamerario Nro et Capitaneo Lukowien. Gabriele Tharlo de Szczekarzowicze Dapifero mansae Nre et Capitaneo Chelmen. Nicolao Miskowski de Myrow Structare mensae Nrae, et Miedzirzecen. Capitaneo. Sigismundo Ligeza de Bobrek Pocillatare Curiae Nrae, et aliis quam plurimis dignitariis officialib; et Aulicis Nris testibus ad praemissa existentib. fide dignis sincere, ed fidelibus Nris dilectis. Datt per manus Rndi in Christo Patris Dni Samuelis Macziciowski Episcopi Cracovien. et Regni Nri Cancell. sincere nobis dilecti. Samuel Episcopus et R. P. Cancellarius.

XIII.

Przywilej Zygmunta II. z roku 1556, przez króla Michała 1671 potwierdzony i nadaniem 3 jarmarków rozszerzony a od Kazimierza W. jeszcze pochodzący, mocą którego miasto Bochnia prawo pobierania mostowego i wallowego (za używanie wody zestawów) otrzymało.

(Przywilej ów treścią Kazimierzowski a potwierdzony przez Zygmunta II. w oryginalne zginął podczas najazdu nieprzyjacielskiego. Kopia zachowała się jednak w aktach miejskich.)

Michael Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Kiioviae, Volhyniae, Severiae, Podoliae, Podlachiae, Smolensciae, Czernichoviensiae. Significamus praesentibus literis

nostris, quorum interest universis et singulis, Expositas Nobis esse nomine Magistratu ac Civium totiusq: Communitatis Civitatis Nostrae Bochnen. literas Papyreas infrascriptas, Authenticas sigillo Civitatis supradictae Communitas sanas salvas et illaesas videlicet transumptum Privilegii super Theloneum pontale Civitati Bochnensi servien. a Serenissimo Divae memoriae Casimiro Rege Poloniae benigne collat. ac per Sigismundum Augustum in comitiis Generalibus Lublinen. Anno Millessimo Quingentesimo Sexagesimo sexto celebrat. actum et confirmatum, Cujus privilegii ex Actis Officii Consularis Bochnensis extracti (cum originale ipsius per hostes patriae sublatum sit) tenor de verbo ad verbum sequitur ejus modi. Actum in praetorio Bochnensi Feria sexta ante festum S. Mathaei Apostoli die vigesima mensis Septembris. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono. Ad officium Actaq: praesentia Consularia Bochnen: personaliter veniens honestus Stanislaus Lyskowiez Lonherus, seu Quaestor Civitatis Bochnen: obtulit eidem officio et ad acticandum porexit ob casum amissionis Privilegium certam a Divo Casimiro Rege Poloniae Civitati Bochnen: super Theloneum pontale concessum et per Serenissimum Sigismundum Augustum itidemque Poloniae Regem actum et confirmatum, ac sigillo minori Cancellariae. comunitum petens hoc idem Privilegium a se offeren: suscipi et actis connotari. Cujus petitioni uti iustae Officium Consulare Bochnen: annuen: praefatum privilegium suscepit et actis inserere permisit, ejus autem privilegii tenor de verbo sequitur et est talis.

Sigismundus Augustus DEI Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lith. Rus, Prus, Massov. Samogiae Livoniae Smolen. Dominus et Haeres. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis, Quod cum oppidani Civitat. Nostrae Bochnen: in proxime praeterita Generali Conventione Varsavien. cum aliis Regni Nostri Pncipibus Privilegium suum a Divo olim Casimiro Rege Poloniae sibi super Theloneum pontale Bochnen. concessum exhibuissent et simul tantam se operam et sumptus in reparatione et assidua restauratione pontium ibidem adhibere et impendere exposuissent, ut reditus pontalis nunquam eis respondere aut ipsos resarcire queat nec amplius in reparationem pontium sumptas ac labores facere aut sustinere se posse conquerentes. Supplicaverunt nobis

ut hoc ipsum Theloneum illis augere dignaremur. Nos autem ea de re nihil tunc statuere volumus, donec a Revisoribus Nostris quos Anno praeterito illuc mitteremus, et loca reviderentur ut inde prius Nobis et Ordinibus Regni de circumstantiis loci vel pontis constare potuisset. Ad cum ipsi Revisores Nostri, tum etiam Generosi Nicolaus Cikowski de Woyslawice Castellanus Zarnovice. Capitaneus Sanocen. Advocatus haereditarius Bochnen. et Hieronymus Buzenski Zupparius et Burgrabius Cracovien. Krzeczovien et Brzeznicen. Capitaneus nunc in praesenti Conventu Lublino. Nobis et omnibus Regni Nostri Statibus retulerunt et demonstraverunt, omnino ibi propter frequentiam mercatorum ibidem transeuntium assiduam pontium reparationem esse necessariam, magnasque impensas requirere et semper hactenus laborare et sumptus in dicta Civitate Bochnen. factos proventus pontales excessisse, facile eorum iteratae supplicationi annuentes eis theloneum praefatum augere duximus, prout de consensu omnium Regni ordinum, Spiritualium, Saecularium et Nuntiorum Terrestrium augemus praesentibus Literis Nostris. Ita ut praedicta Civitas Nostra Bochnen. a quolibet equo (currum mercibus, ac sale tam bancato, quam vasato onustum) trahente et per vicas ab ipsis reformand: cum curru eunte et alias quasvis merces adferen. et evehen. veniente, per grossum unum in Regno nostro usalem ratione pontalium tollen. percipien. ac perpetuis temporibus exigen. omnimodam habeant facultatem. Praeterea cum Nobis significarent, eos Mercatores qui pro sale cocto ibidem veniunt nullamque solutionem ad reformationem earundemque viarum pendunt, ac super coctionem ejusdem salis coctiligna curribus valde onustis, ad Barbariam Bochnensem ducentes, easdemque vias nimis concutiunt, et corrumpunt et diutius expectantes sal morantur, magno esse incommodo Civitati ejusque Rei publicae, quin etiam et in eo, quod aggeres piscinarum ex quibus aquas ad suum Oppidani usum ducunt, ducentes equos potum discutiunt, et aquam ipsam turbant, concendendum ipsis ad intercessionem certorum consiliariorum Nostrorum indemnitati illorum caven. duximus prout concedimus vigore praesentium ut quilibet Auriga, aut Vector pro evehendo sale cocto veniens, et in Civitate Bochnen. expectans sal comorari cupiens, pro una vice, vel ab uno equo pro potatione nomine aggeralium

binos denarios seu obulos, alias dwa pieniądze solvat Civitati. Si quis vero vel illud Pontale, vel hoc aggerale Theloneum non solverit, et extra portas Civitatis Theloneo non penso abierit talis sexaginta grossos usuales propter contumaciam suam Civitati lugere tenebitur. Obligati autem erunt propterea Consules et Civitas Bochnen. ratione ejusmodi exactionis pontes extruere, vias et aggeres perpetuis temporibus pro necessitate, et quoties opus fuerit, debite reparare ut vectoribus illuc euntibus securus, et planus pateat transitus, sine quovis discrimine et damno. In cujus rei fidem Sigillum Nostrum praesentibus est appensum. Datum Lublini in Comitibus Generalibus die decimo Augusti Anno Domini Millesimo Quingentesimo sexagesimo sexto. Regni vero nostri trigesimo septimo. Sigismundus Augustus rex.

Relatio Rvendi Petri Mysskowski Regni Poloniae Vicecancellarii Cracov: Decani Gneznen. Plocen. Iacicien. etc. Praepositi.

Ex actis Officii Consularis Bochnen: extractum atq. supplicatum Nobis nomine eorundemq. Civium seu Communitatis Civitatis Nostrae Bochuensis ut hoc idem Privilegium seu ejusdem transumptum (cujus originale licet per hostes sublatum sit nihilominus usu et possessione continua et pacifica per Annos centum sex firmatum) Autoritate Nostra Regia innovare, approbare et confirmare dignaremur. Cui supplicationi, uti justae, Nos benigne annuentes eandem Antecessorum Nrum in subditos Nros clementiam manutenere volentes, tum etiam inhaerendo legibus, et constitutionibus Regni antiquioribus et recentioribus, de Theloneis, Pontalibus et aggeribus sancitis, hoc iidem transumptum privilegii innovare, approbare et confirmare aequum duximus, uti quidem in omnibus illis punctis et clausulis (prout, et in quantum de jure) approbamus et confirmamus praesentibus. Atque circa hocce privilegii transumptum conservamus. In super majoribus commodis Civitati illius, et desolationi ejusdem tam per hostes patriae, quam per exactiones continuas et gravamina Militum illatae, subvenire volentes, ad humilem supplicationem Incolarum Civitatis illius Nundinas trinas (exceptis solitis) videlicet primas pro Festo Visitationis B^{mae} Virginis MARIAE, secundas pro Festo S^{ae} Mariae Magdalenae, tertias pro festo Sanctae Hedvigis electae celebrandas permittimus,

modo tamen celebrentur circa p̄iudicium vicinarum Civitatum. In quorum fidem p̄sentes manu N^{ra} subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus, Datt. Lublini die quinta Mensis Septemb. Anno Dⁿⁱ MDCLXXI Regni vero Nostri Anno Tertio.

XIV.

Król Stefan potwierdza w r. 1578 uchwałę powziętą przez magistrat miasta Bochni i wójta dziedzicznego Mikołaja Czikowskiego młodszego w roku 1575. a regulujący stosunek między przekupniami i kupecami co do sprzedaży pewnych towarów.

Stephanus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Rusiae, Prusiae, Masovitiae, Samogitiae, Kioviae, Podlachiae, Voliniae, Livoniaeque Dominus, Princeps Transilvaniae. Significamus tenore praesentium universis et singulis, quorum interest oblatas nobis esse per certos Consiliarios N^{ros} Literas papireas Sigillis Advocati, Proconsulis, Consulum Civitatis Nostrae Bochn: Signatas, et communicatas, Salvas integras, omni denique suspicione carentes, eo nomine ut eas autoritate nostra Regia confirmare dignaremur. Harum autem literarum hoc exemplum sive tenor fuit. Nos Joannes Czikowski de Voyslawicze Advocatus haereditus. Proconsul, et Consules Civitatis Bochn: harum tenore litt universis, et singulis status, conditionis, aut praeceminentiae cuius libet existentib. Significamus. Quomodo coram nobis in praesentia famatorum Consulum antiquorum, totiusque Communitatis Cittis. Bochn. comparantes personaliter H: Institrices, ac posseres institorum Salinarum Bochn. per famatum Thomam Leopoliem. Magistratum Consulem Bochn. protoactorem suum, et in contra providos, et H: Mercatores, ac Mercatrices, penestitesque leguminum, aliosque Cives et Incolas Bochn: conquistae sunt. Quia iidem Mercatores Mercatricesque ac Penestices, halica, anquillas, pisces salsos, ac sulmones siccos in suis institis, et locis domibusque extra institas salinarias, vendunt eisdemque mercant, contra jura consuetudinesque antiquitatis tam in C^{ite} Bochn. quam etiam in aliis C^{itib}.

in vicinis consistentibus observatas in praejudicium, ac damnum earundem non modicum Siquidem merces ejusmodi nulibi, alibi, solum in institis Salinariis vendi nemoque alius hujusmodi mercibus mercari debet, tantum institores, et institutrices posoresque dictarum Salinarum, juxta jura consuetudinesque, uti praemissum est antiquit. observatas. Ex quibus hujusmodi institis Salinariis census regales, aliaque onera solvi et adimplent. petentes sibi in ejusmodi praejudices de remedio iustitiae provideri iusticiamque administrari. In contrarium ipsi Mercatores ac Mercatrices penesticesque butiri, ac leguminum, per suum Plenipotentem, ac Socium providum Mathiam Czegulka excipiendo asseruerunt, quod hujusmodi mercib: ut et aliis a multis annis mercantur, exactionesque ac census, tam Regales, quam Civiles ex hujusmodi mercantia solita, et consueta solvere, et adimplere petentes se in praemissis conservari, et ab impetitione Actoris liberos, et absolutos pronunciari, et replicantib. Actricib. quod a multis annis de hujusmodi injuria ac praejudicio coram offo Duorum Consulum Bochn: saepissime conquerebant. Nilominq. tamen in praemissis effectum iustitiae consequi minime potuerunt, petentes ut supra. Itaque auditis dictarum partium propositionibus exceptionibus, ac replicis hinc inde factis consuetudinibusque tam in Citte Bochn: quam etiam in aliis Cittib. in vicinia consistentibus antiquit: observatis bene resatis annuentes earum affectioni, ac petitioni decrevimus quatenus hujusmodi merces, de quibus Actores Actricesque proponunt nulibi alibi ex nunc tantum in institis Salinariis perpetuis futuris temporibus vendantur, eo tamen adiecto quod in vendendis hujusmodi mercibus nimia caristia Cives et incolae Boch: et alios homines hospites Bochniam advenientes opprimere non debent. Super quibus praemissis officium Boch: animadvertere debet. In domibus tamen praecipuis hospitalibus pro hospitibus et praecipue in quibus Magnatum Generosorum Nobiliumque personae diversari solent halica habere et ea vendere licitam liberumque erit. In quorum omnium praemissorum fidem et eidentius testimonium, sigilla nostra praesentibus sunt sub impressa, Actum et Datum in Praetorio Boch: fā 4^a post Dnam Oculi pxa Anno Domini 1575. Ioannes Czikowski de Voislawicze Advocatus Haereditarius Boch: Nos vero praenominatus Stephanus Rex praedictum Decretum Advocati

et proconsulis, Consulum Citis Nrae Boch: uti legitimae factum, a quo nulla fuerit appellatio, approbandum et ratificandum esse duximus, prout approbamus et ratificamus harum tenore mediantē. Mandamus insuper Magistratui Civili praedictae Civitatis in transgressores hujus Decreti poenas legib: Regni contentis animadvertant pro ratione et debito officii sui. In cujus rei fidem, et testimonium Sigillum Regni Nri apprimi jussimus. Datt. Leopoli XXI. die Mensis Augusti Anno Dni 1578. Regni vero nostri anno tertio.

Stephanus Rex.

Valentius Wroblewski Praepositus
Turonen.

XV.

Przywilej Zygmunta III. z roku 1601, mocą którego pozwala mieszkańcom Bochni, religii katolickiej, intra muros mieszkającym, zagraniczne napoje sprowadzać i nimi kupeżyć celem podniesienia dobrobytu tejże gminy.

Sigismundus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque et Svecorum, Gothorum, Vandalorumque Rex haereditarius. Significamus praesentibus Literis nostris, quorum interest universis et singulis. Quia nos ad supplicationem Civium N^{rum} Bochnen. tum etiam augere volentes eorum utilitates, et commoda eam facultatem, potestatem dictis Civibus Bochn. intra muros C^{itis} inhabitantibus et in Catholica Romana fide existentibus dandam, et concedendam esse duximus damus, et concedimus literis hisce nostris ut possint et valeant in domibus suis vinum quaecunque et aliud quodvis Malmaticum, Crematum, Mulsum Marcipotum, Cerevisiam et aliis cujusvis Regni non prohibitos, advecticios et domesticos juxta aestimationem, quae ab officio praesenti propinare, nec non mercantias quasvis, ubique in Regno nostro, et in eadem Civitate dimento et contradictione peragere, et exercere Salvis tamen contributionibus pub: vel etiam Civitati illi praestari solitis. Quod universis et singulis tatis.

conditionis, et praeminent: existent: modernis, et futuris ad notitiam dictos cives Bochnen: pro tempore existent: in usu praedictae libertatis ant. sed potius in toto conservent, conservarique ab omnibus quorum tes manu nostra subscripsimus et Sigillo Regni Nostri consignav: Marci Anno Dni 1601.

Sigismundus Rex.

XVI.

Dekret Zygmunta III. z roku 1605, potwierdzony przez Michała króla, mocą którego wszyscy żydzi causa atrocissimi sceleris Sacrilegii Sacratissimi Eucharistiae Sacramenti z obrębą gminy Bochni w promieniu dwóch mil wygnani zostali.

Michael Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae etc. etc. Significamus praesentibus Lris Uris, quorum interest universis et singulis. Exhibites Nobis esse nomine, et proparte institorum et incolarum Cttis Nrae Bochn. lras papiceas ex Actis Civilibus Bochn. depromptas sub Sigillo cttis et subscriptione man. Notarii Civilis emanatas, sanas, salvas, et illaesas, omnique suspicione carentes, continentes in se oblatam Decreti Serenissimi Sigismundi Tertii Regis Poloniae inter Communitatem ejusdem Cttis et Iudaeis ibidem probati, Supplicatumque Nobis est, ut intra scriptas Decreti Lras ex planitudine potestatis Nrae approbare, confirmare et ratificare dignemur. Quarum tenor sequitur estq. talis.

Sigismundus Dei Gratia, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeq: nec non Svecorum Gottorum Vandalorumque Haereditarius Rex. Significamus praesentibus Lris Nris, quorum interest universis, et Singulis, quod postea quam priori Decreto Nostro in causa atrocissimi sceleris Sacrilegii Sacratissimi Eucharistiae Sacramenti, autore quodam Jacobo Iudaeo Bochn: per Mathiam Mazur et Mathiam Dutka surepti, atque idem Iudaeo traditi inter totam Comunitatem Cttis

N^{rae} Bochn: et Iudaeos Bochn: iam ab annis aliquot ventilata, tandem novissime Decretum Nostrum intercessisset, quibus adhuc ex innata Nobis Clementia Seniorib. totique Comunitati Iudaeorum Bochn: certum tempus ad feriam v̄dlet 2^{am} post Festum S. Martini proxime praeteritam concesseramus, ut interea iidem seniores sub poena deportationis tam praedictum Jacobum criminis Authorem, quam etiam Frączek et Iezko Wronka Sponsores ipsius coram Nobis peremptorie, statuerunt. Quae quidem deportationis poena, iam tum eodem Decreto Nostro super eisdem Iudaeis decreta, in termino itaque ex eadem prorogatione incidente posteaquam tota C^{itas} Bochnen: per internuncios suos eam C^{am} attentaret, et tandem aliquando extremam in negotio imponui postulare nomine vero Comunitatis Iudaeorum Bochn. Nobilis. Laurentius Porembski eorum Mandatarius Principales suos Authorem praefatum ejusque sponsos ubique quaesivisse et in Turciam eos affugisse nunciumque eam incremabilis missum in Valachia ocisum esse, assereret, adque id literaliter, testimonio cujusdam Theloneosis Valachici probare intenderet. Nos cum Consiliariis, et Iurisperitis N^{ris} eo considerato, quod causa haec totannis iam agitata est et Iudaei praedicti Bochn: satis superque benignitatis N^{rae} experti Decreto tamen N^{ro} satis non fecerunt, neque Iudaeos praefatos tam Iacobum authorem criminis, quam Sponsos ipsius coram Nobis statuerunt, Ideo inhaerendo eidem priori Decreto N^{ro}, Visaque protenuitate et temeritate eorundem Iudaeorum eandem poenam deportationis iam antea super eisdem decretum ad effectum deducentes decernendumque duximus, decernimusque, ut omnes et singuli Iudaei, qui sunt in C^{itte} Bochn: et circa eam comorant ex ea migrent, et Domicilia, inde alio, quo voluerint, transferant, idque in Duodecem Septimenis a data praesentium computando peremptorie sub poena Confiscationis omnium et singulorum bonorum quaecunque post decursum 12 septimanarum sub jurisdictione Civili et Advocatiali Bochn: reperient: neque amplius perpetuis temporibus in eam C^{item} habitationis gratia redeant, neque ibi quocunque praetextu, sive famulatus, sive ex conducto, et locato, sive alio quocunque colore, tam in ipsa c^{itte}, quam in fundis, et suburbis, tam Civilibus, quam Advocatialibus, ex aliis quibusvis bonis sive nostris, Sive nobilem, tam saecularium,

quam Spiritualium personarum ad duo Millaria circa circum C^{it}tem Bochnen: iacentibus subsistant sub eadem poena Confiscationis omnium bonorum, et in personas etiam Iudaeorum ibidem repertas, gravioris pro arbitrio n^{ro} animadversionis. Cujus Rei executionem realem protunc et in posterum comittimus Famatis P^{ro}consuli, et Consulibus C^{it}tis illius Bochn. quibus serio mandamus, ut praesens Decretum nostrum tempore superius exp^{re}ssso elapso, et semper in posterum realiter sine ulla cunctatione exequant sub poenis arbitrio N^{ro} irrogandis. In Cujus fidem sigillum Regni Nostri praesentibus est appressum Datt. Cracoviae f^a 4^a ante Festum S. Catharinae Virginis p^{re}xa A: D: 1605. Regnorum nostrorum Polonici 18^o Svetici vero Anno 12^o.

Relatio R^{udi} in C^{ito} Patris Dⁿⁱ Mathiae Pstrokowski Roza Episcopi Praemis: Regni Poloniae Vice Cancellar: Szczerbie ex originali S. R. M. Decreto extraddit et per Christophorum Żolnierz Notarium Iuratum extrad:

Nos itaque Michael, Rex Supplicationi praefatorum Institorum et Incolarum C^{it}tis N^{rae} Boch: uti justae benigne annuentes et L^{ras} in omnibus earum punctis clausulis, articulis et ligementis tota^r approbandas et confirmandas esse, duximus, prout quidem praesentibus (in quantum Juris communis rationes sinunt, et usus eorum habet:) approbamus et confirmamus easque vim et robur perpetuae firmitatis obtinere debere declaramus. Ad extraden: ut et majorem Clementiam, et benignitatem N^{ram} R^{egam} iidem Incolae Institores Bochn. et tota Comunitas experiant. Quoniam Iudaei adpraesens in dicta C^{it}te N^{ra} Bochn: nec manent, nec comorari ob praecclusam sibi per Decretum prae insertum mansionem possunt. Volumus si ab hinc licentiose, et abusive adcomorant, v. ad Civitatem Nostram ex propinquiorebus opidis vilis, et pagis advenierint, Quatenus Officia Civilia seriam hujus rei animadversionem faciant, nec ipsas in C^{it}te patiant: In Cujus Rei fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regio comuniri jusimus Datt. Cracoviae die XXVI Mensis 9^{bris} A: D: M. D. CCL. XIX (oczywiście pomyłka o całe lat sto) Regni nostri Poloniae 1^o Anno.

Boguslaus Lonczyński Praep: Pln: Can.

Michael Rex.

Crac. Regens Regni Cancell.

XVII.

Jan III. potwierdza w r. 1676 wszystkie przez siebie i swych poprzedników
Bochni nadane przywileje.

Joannes III. DEI Gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithyoniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kiio-
viae, Volhyniae, Livoniae, Severiae, Podlachiae, Smolen-
sciae, Czerniechoviaeq; Significamus praesentibus L^{ris} N^{ris}
universis, et singulis. Quia licet Augusti simae inaugura-
tionis N^{rae} tempore solennis Iuramentis et diplomatis pu-
blice editi omnium Regni N^{ri} ordinum ex statuum publica
et privata Iura, et privilegia spiritualia, ac secularia, a
quibuscunq. maiorib., et ancesorib. N^{ris} concessa et edita
servaturos Nos, et rata firmaq. habituros esse reperimus.
Tamen cum Nobis per nonnullos Consiliarios Nostros, no-
mine Mag^ratus contuberniorum totiusq; Communitatis Citti-
s N^{rae} Bochnen. supplicatum esset, ut omnia eorum Iura
Privilegia, literas, libertates, decreta tam per N^{ros} anteces-
sores, quam et Mag^ratum boni ordinis, et regiminis gratia
inter curia contubernia lata, et per M^{fam} D. Iudicem in-
termedium approbata, nec juri Comuni contraria, praero-
gativas, exemptiones, imunitates, a SS^{mis} antecessorib. N^{ris}
Regibus Poloniae, scilicet Ludovico, Casimiro Antiquo,
Casimiro Wladislao, Ioanne Alberto, Alexandro, Sigismun-
do I^{mo} Sigismundo Augusto, Stephano, Sigismundo itidem
Tertio, Wladislao Jagiellono 4^o quorum confirmatio per
incarsione svetica Citti huic sublata demum Ioanne Casi-
miro, Michaelae, non ita pridem vitafunctis concessus beni-
gne omnia privilegia proventuum, reddituum, Theloneorum,
pontalium, et consuetudines quibus hucusque usi sunt spe-
cialib. L^{ris} N^{ris} approbare, inovare, confirmare, et ratificare
dignaremur. Nos itaque Supplicationi praedictae uti justae
benigne annuentes omnia et singula, praedictorum Civium
Bochn. atque Contuberniorum, ut pote ferri fabrorum,
pellionum, funificum, sartorum, Sutorum et aliorum omnium
hic non specificatorum jura privilegia, L^{ras} decreta, liber-
tates, imunitates, praerogativas, exemptiones, donationes,
libertates a Stanuis Militum a SS^{imis} piaae Memoriae Re-
gib. poloniae praedecessorib. N^{ris} et aliis quib: vis majorib.
N^{ris} justae, et legitime concessas, datas emanatas, insuper
ei omnes laudabiles usuq. tentas, et observatas ipsorum

consuetudines nullis penitus exceptis, aut exclusis, non secus atque hic omnia, et singula in genere, et in specie de verbo ad verbum in suo tenore descripta forent in omnibus, et singulis earum punctis et clausulis, articulis, nexibus, et conditionibus in quantum juris communis rationes permittunt, ac usus earum habet approbam. et confirmam. In cujus rei fidem praesentes manu N^{ra} subscriptas Sigillo Regni N^{ri} consignari mandavim: Datt: Cracoviae in Comitibus g^{nalib}: felicis Coronationis N^{rae} d. XXIX *) M. Febr. A. D. M. DCLXXVI Regni N^{ri} Poloniae 1^{mo} Ioannes Rex. Hieronymus Pinodz: S. R. M. Secretarius.

XVIII.

Dekret Jana III. z roku 1688 w Warszawie wydany, rozstrzygający spór między Duchowieństwem zakonem i świeckiem w Bochni, posiadającym około 300 morgów pola i kilkadziesiąt domów w mieście, niechęć jednak płacić żadnej „taryfy” a między gminą miasta Bochni na korzyść tejże.

Ioannes Tertius DEI Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russie, Prussiae, Massoviae, Samogitiae, Kiioviae, Volyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque. Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest, Universis, et singulis. Citatos fuisse ad nos, et Iudicium Nostrum, Literis citationis Nostrae Regiae. Venerabiles et Religiosos Petrum Czarnołęski Ecclesiae Parochialis, et Altaristae Sanctae Crucis, Stanislaum Marczewski Cappellae Sancti Antoni Hospitalis Bochnensis Praepositos, et Ioannem Zatorski Sancti Ioannis Baptistae Praebendarium, nec non Patrem Priorem Ordinis praedicatorum Conventus Bochnen. totumque praefatum Conventum, atque Guardianum Ordinis fratrum de observantia Sancti Francisci itidem Conventus Bochnen. totumque Conventum, et alios quosvis, tam Spirituales, quam Saeculares Bonorum fundorum et Agrorum atque Praediorum civitatis Nostrae Bochnen. quovis titulo et Iure possessores, quorum Nomina pro expressis habere

*) Prawdopodobnie ma być XXIV.

voluimus de causa infrascripta Bonisque ipsorum generaliter omnibus. Ad instantiam generosi Instigatoris Regni et ejus delatorum Famatorum Proconsulis, Consulum, vice Advocati, et Scabinorum totiusque Communitatis Civitatis Nostrae Bochnen. Qui illos, et quemlibet ipsorum quos Actio praesens afficit, omnes conjunctim et quemlibet seorsim, inhaerendo Decretis binis Iudicii Regii Uni, Varsaviae sabatho pridie festi Sanctissimae et Individuae Trinitatis Anno Millesimo. Sexcentesimo, Septuagesimo, Tertio Alteri Commisieriali Bochnae Feria secunda post Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi die scilicet Octava Junii Anno proxime praeterito Millesimo. Sexcentesimo, Octuagesimo, Secundo, inter Communitatem Actores et Magistratum utrumque Bochnen. citatos, ex seriis partium controversis latis citarunt, seu potius adcitarunt, unica aequae peremptoria, uti in causa fisci citatione, et alias ad paratum terminum in Decretis superius de Actu expressis conservatum, idque pro eo: Quia illi habentes Bonorum, hoc est domorum, fundorum Agrorum, Praediorum, Hortulaniarumque in, et sub Iurisdictione Civili existentium et Iuris ac Naturae Civilis, e corporeque bonorum Civilium permanentium (quorum partim Iure emptionis, partim legationis, aut quovis alio titulo ad se, seu quempiam ipsorum devoluta est) possessionem in summum praepjudicium Iurium, ac Privilegiorum in aggravationem Onerum tam publicorum Regni, quam Civilium, et maximam Civium Nostrum depauperationem, ac Oppressionem Iurisdictionis Civilis enervationem et convulsionem Legum Publicarum Regni et Constitutionum, ex iisdem Domibus, Fundis, Agris, Praediis atque Hortulanis per se possessis, Contributiones, tam publicas, Regni, quam Civiles a tempore, sibi et cuilibet ipsorum in advenienti termino deducunt, retentas solvere nolunt, imo temere recusant, Bona nonnulla desolant et desolarunt ac in super non nulli a Solutione praefatarum contributionum partim rescriptis libertationibus e Cancellaria Serenissimorum Antecessorum Nostrum, ad malam informationem exportatis, partim per evocationem ad varia subsellia et Fori incompetentis Iudicia Decretaque in iisdem Iudiciis obtenta, inhibitionesque Iudiciorum Spiritualium interposit. Delatores ab exactione earundem contributionum arcant. Citati ad iudicium civile existentes, cui ex parte eorundem Bonorum subsunt, pro terminis parere re-

cusant, Conductores praedictorum Bonorum a comparatione prohibent, per idque eosdem Delatores, ac totam Civitatem Nostram Bochnen. in summum damnum et egestatem induxerunt, ac inducunt, atque damnificant. Citati itaque erunt, ad videndum, et audiendum, se et quemlibet eorum ex supra satis Domibus, fundis, Agris. Praediis et Hortulaniis per se quovis jure possessis, juris, et jurisdictionis Civilis, Contributiones et exactiones omnes, ac singulas, quae quales, et quantae fuere, laudatae et ad solvendum provenientes nulliter, indebite, ac illegitime retinuisse adinveniri rescriptae quaevis libertationes, tum decreta atque Inhibitiones fori Spiritualis per se super Delatoribus modernis obtenta pro incompetentibus illegitimis atque nullis declarari, ad retentorum quarumvis Contributionum tam publicarum Regni, quam Civilium, stationumque et exactionum Militarum, ac aliarum quarumvis iuxta liquidationem eorundem solutionem in instanti praestandam mediante Decreto Nostro stringi et compelli in futurum vero, ut contributiones easdem publicas, ac Civiles ex bonis praefatis per sese possessis una cum aliis civibus, ex aequo et juxta proportionem Bonorum componant, et solvant, sub executione serio eodem Decreto Nostro de jure describenda provideri, et demandari, in damnisque et litis expensis condemnari, atque caetera prout Iuris, et causa istius exigentia postulaverit, contra eos statui et sententiarum. Citationem ipsam de praemissis latiore. In termino itaque hodierno ex eadem citatione Nostra legitime ad praesens proveniente et hucusque continuato Partibus praenominatis Et quidem Actoreo Generose Instigatore Regni, et ejus delatoribus Magistratu et Communitate Bochnen. per famulos Andream Siwicki Syndicum et Albertum Kwiecik Oeconomum Civitatis ejusdem, Una cum Nobili Ioanne Satkowski coram Nobis et Iudicio Nostro comparentes eumque terminum attentes. Citata autem utpote Nobilibus Czarnolewski, Petro Ecclesiae Parochialis praeposito et Altarista Sanctae Crucis, Stanislao Marzewski Capellae Sancti Antonii Hospitalis Bochnensis Praeposito, et Ioanne Zatorski S. Ioannis Baptistae Praebendario, nec non Religiosis Priore totoque conventu Ordinis Praedicatorum atque Gvardiano Regulae S. Francisci de observantia et toto conventu ejusdem ordinis Bochnensis per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Aleksandrum Borkowski,

ad Nos et Iudicium Nostrum acclamant non tamen per se, vel quempiam suum Plenipotentem comparent: Nos cum Censiliariis et Iuris peritis Nostris. Audita praefati Ministerialis Relatione, de acclamatione eorundem citatorum Suprascriptorum facta in Contumaciam illorum ad legitimam vero, et juridicam Actoreae partis instantiam, et affectationem eosdem citatos in lucro causae praesentis condemnari permissimus. Et in vim Lucri taliter obtendi inprimis attinet Venerabilem Petrum Czarnolewski Ecclesiae Parochialis, et Altaris Sanctae Crucis Praepositum decernimus. Quatenus iidem Praepositus tam ex Hortulania Plebanali, et aliis bonis Praepositurae contributionibus publicis, et oneribus civilibus subjectis, quam ex domibus, Agris et pratis ad praeposituram Sanctae Crucis Spectantibus. Una cum suis inquilinis seu arendatoribus omnes Contributiones Rei publicae et Militares atque Civiles quocunque nomine nuncupatas retentas quidem ab Ultimariis Quietationibus laudandas vero in futurum juxta Tariffam Civilem et liquidationem Delatorum circa infrascriptam executionem solvat, a propinatione liquorum in hortulania perpetuo abstineat, Bona Praepositurae, et Altaris Sanctae Crucis nonnisi civibus juratis, non autem extraneis in Arendam locet statuimus. Inquilinos autem, et Arendatores illius plebanales et praepositurae Sanctae Crucis Mercatura atque propinatione quorumvis liquorum et victualium aliarumque rerum revenditione in perpetuum abjudicamus et ne eadem abhinc exercere, aut in praemissis Cives Bochenenses impedire praesumant interdiciamus. Insuper quatenus fidem Inquilini et Arendatores onera quaevis Reipublicae et Palatinatus atque civilia juxta Tariffam civilem perpetuo una cum Civibus Bochen. contribuant, Iurisdictioni Magistratus Consularis et Iudicii Viceadvocatialis subsint, atque omnia Damna in Agris, et Hortis Civibus Bochen. illata, juxta delatorum liquidationem refundant, demum Plebiscitae Civitatis inviolabiliter observent, sub rigore infrascripto iniungimus. Quantum spectat Venerabilem Marczewski Hospitalis Sancti Antonii praepositum. Quatenus tam ex bonis praepositurae ejusdem hospitalis, quam ex propriis haereditariis quocunque juris titulo acquisitis, una cum suis inquilinis subditis, et Arendatoribus omnes contributiones Reipublicae et Militaris atque Civiles quocunque nomine nuncupatas, retentas quidem ab ultimariis Quieta-

tionibus laudandas vero in futurum juxta Taripham Civilem et liquidationem delatorum circa infrascriptam executionem exolvat, a propinatione liquorum in Domibus praepositurae et hospitalis eiusdem ac fundorum suorum haereditariorum perpetuo abstineat, bona praepositurae et hospitalis nec non sua haereditaria, non nisi civibus juratis, non vero extraneis locet sententiamus. Inquilinos autem et Arendatores illius mercatura, et propinatione quorumvis liquorum, et Victualium aliarumque rerum revenditione in perpetuum abjudicamus, et ne eadem abhinc exercere, aut in praemissis cives Bochnen. impedire praesumant interdicens. Insuper quatenus iidem Inquilini et Arendatores Onera quaevis Reipublicae et Palatinatus atque Civilia juxta Taripham civilem perpetuo, una cum Civibus Bochnen. contribuant Iurisdictioni Magistratus Consularis et Iudicii viceadvocatialis subiecti sint, atque omnia damna, in Agris et hortis Civibus Bochnen. illata juxta delatorum liquidationem refundant, Plebiscita quoque civitatis inviolabiliter observent, itidem sub vigore infrascripto demandamus. Quod attinet Venerabilem Zatorski Altaris Sancti Ioannis Baptistae praebendam. Similiter ut etiam Is idem Praebendarius de Laneis et aliis per se possedis Agris, atque Bonis suae praebendae cum suis inquilinis sive Arendatoribus omnes contributiones Reipublicae et Militares atque civiles quocunque nomine nuncupatas retentas quidem ab Ultimariis quietationibus, laudandas vero in futurum juxta Tariffam Civilem, et liquidationem Delatorum, itidem circa infra scriptam executionem solvat, a propinatione liquorum, in bonis fundis, et domibus suae praebendae perpetuo abstineat, bona domos, fundos, laneosque et agros praebendae ejusdem nonnisi civibus juratis, non autem personis extraneis in Arendam locet, adinvenimus, ipsos autem Inquilinos et Arendatores illius mercatura et propinatione quorumvis liquorum et victualium, aliarumque rerum revenditione in perpetuum abjudicamus, et ne eadem ab hinc exercere aut inpraemissis Cives Bochnen. impedire praesumant inhibemus. Ad haec ut iidem inquilini, et Arendatores, onera quaevis Reipublicae et Palatinatus, atque juxta: Tariffam Civilem perpetuo una cum civibus Bochnen. contribuant. Iurisdictionique Magistratus Consularis et iudicii viceadvocatialis subiaceant, atque omnia damna in agris et hortis Civibus

Bochnen. illata juxta delatorum liquidationem refundant, et Plebiscita Civitatis inviolabiliter observent edicimus. Insuper inhibitiones fori Spiritualis per eundem Venerabilem Praebendarium delatoribus intimatas, tanquam jura Regalia et jurisdictionem Nostram Regiam convellentes cassamus, ab observationeque earundem inhibitionum et Decretorum evocatorie obtentorum delatores liberos pronuntiamus. Quod Religiosum Priorem et totum Conventum Ordinis Praedicatorum Conventus Bochnen. Quoniam praedia Karbaczowski et Kotwiczowski dicta atque aliud praedium cum Agris in monte Salamonis dicto alias na Szoloney gorze tum et domos tredecim in praedii Kotwiczowskie fundis, atque lapideam in civitate possident aliquot domus, cum magna civitatis deformitate demoliverunt, juris dictionem seorsivam suis Inquilinis nullo jure, nullave potestate, imo in praejudicium jurisdictionum civilium constituerunt. Ideo eandem iurisdictionem citatorum, tum et praetensa libertatum privilegia revocamus, eaque in perpetuum tollimus et annullamus, et quatenus iidem Religiosi Citati cum suis inquilinis, et Arendatoribus, de supra fatis praesidiis, agris, Laneis, Hortulaniis, lapidea et domibus subsistentibus et demolitis atque ex omnibus suis aliis bonis (sanctuariis exceptis) omnes contributiones Reipublicae et Militares, atque Civiles, quocumque nomine nuncupatas retentas quidem, ab ultimariis quietationibus laudandas vero in futurum juxta Tariffam civilem, et liquidationem delatorum circa infrascriptam executionem exolvant, a propinatione liquorem in praefatis praediis et hortulaniis et domibus perpetuo abstineant, bona conventualia non nisi civibus juratis, et non extraneis personis in arendam locent decernimus. Inquilinos autem, et Arendatores illorum omnes mercatura et propinatione quorumvis liquorum, et victualium, aliarumque rerum revenditione in perpetuum abjudicamus et ne eadem albine exercere aut in praemissis cives Bochnen. impedire praesumant interdicimus Insuper quatenus iidem inquilini, et arendatores onera quaevis Rei publicae et Palatinatus, atque civilia iuxta tariffam civilem perpetuo una cum omnibus Bochnen: contribuant, jurisdictioni magistratus consularis et judicii viceadvocatialis subiacent, atque omnia damna in agris et hortis civibus Bochnen. illata iuxta delatorum liquidatione refundant. Demum plebiscita civitatis inviolabiliter observent subvigore


infrascripto iniungimus. Quod denique concernit Religiosos Guardianum et totum conventum Ordinis Sancti Francisci de observantia quatenus similiter ex duobus hortis in quibus antiquitus civium Domus extractae fuerunt, et omnia onera publica et Civilia ex iis pendebantur, atque ex area in qua piscina sita est omnes contributiones Reipublicae, et Civiles retentas iuxta liquidationem Delatorum reponant, in futurum quoque omnia onera, publica, Militaria et civilia juxta Tariffam civilem ferant et solvant damnaquoque et litis expensas, juxta liquidationem simplicem delatorum taxand: resarciand: et refund: Decreto Nostro praesenti sancimus. Quae praemissa omnia superius descripta facturi sunt praesentique Decreto Nostro in toto parituri, civitati suprafati omnes ac eorum inquilini, subditi, et Arendatores quilibet suo pro interesse in punctis solutionis contributionum praememoratarum, retentiarum et refusionis damnorum sub intromissione in bona contra venientium praesenti Decreto Nostro per iudicium infrascriptum executorium Delatoribus etiam forti manu conferenda, et bonorum in realem possessionem et usum fructum delatorum usque ad plenariam satisfactionem per eosdem Delatores tenendorum traditione, in punctis vero liquorum propinationis mercaturae, tractationis et exercitii revenditionis sub poena confiscationis. Porro in punctis injuriarum civibus inferri solitarum et juris dictionis civilis detractionis sub poenis iudicii Advocatialis, vel Generosi sub Delegati Bochnen. arbitrariis per capturam et carceribus civilibus mancipationem, exequendis, et poena a civitate et Suburbiis ejus proscriptionis super plebeis extendenda. Quas poenas casu praesenti Decreto Nostro in quocunque puncto contraventionis, super contraventoribus pro qualitate status et conditionis extend. iam ex nunc decernimus atque pro executione earum una cum praesenti Decreto Nostro ad Generosum Subdelegatum Advocatiale Bochnen. in termino dum pars partem adeitaverit peremptorio partes remittimus et eidem Generoso Subdelegato Advocatiali Bochnen. injungimus. Quatenus praesens Decretum Nostrum in quolibet puncto illius super citatis, et qualibet earum persona quovis tempore etiam forti manu si opus fuerit exequatur, sub poenis in negligentes Officiales, et Decretorum Nostrorum convulsos sancitis, in futurum autem exemptionem praesentis Decreti Nostri toties, quoties conti-

gerit pertinere debet, ad Magistratum Utrumque civilem declaramus et eisdem Magistratibus, quatenus supra contra hujus Decreti Nostri executionem praefatarum poenarum ad instantiam Lonherorum Civitatis quam etiam cujusvis ex Communitate iniuriari irremisibiliter faciant, et extendant sub poenis in negligentes Officiales et Decretorum Nostrorum convulsōres sancitis praecipimus et demandamus praesentis Decreti Nostri vigore. In quarum fidem praesentibus Sigillum Regni est appensum Actum Varaviae feria sexta ante Dominicam Misericordiae proxima Die scilicet trigesimo mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Tertio Regni Nostri Anno nono.

Relatio Illustrissimi Dñi Ioannis Comitis in Pieskowa Skala et Zywiec Wielopolski Supremi Cancellar. Regni Minoris Poloniae Gñalis Cracovien: Neoforien: Dolinen: Bochu: Capit:

W Bochni, 1. Czerwea 1887 r.

Prof. Henryk Machnicki.



KRÓTKI RYS

założenia i rozwoju c. k. gimnazjum w Bochni

W czasach gdy krwiożerczy Mars jeszcze nie ogarnął był Europy swymi obręczami żelaznymi, za panowania Cesarza Józefa II., fundatora pierwotnej wszechnej lwowskiej, generalnych seminaryów i wielu innych zakładów naukowych i wychowawczych, powstała pierwsza myśl założenia w Bochni gimnazjum w r. 1785. Postanowiono bowiem wtedy wznieść w centrum miasta, przy teraźniejszym parku salinarnym, nad parterem ówczesnych magazynów i stajni salinarnych piętrowy budynek i pomieścić w nim otworzyć się mające gimnazjum. Lecz znaleźli się przeciwnicy zamierzonego dzieła i rzecz cała upadła, jak o tem kronika zakładu opiewa: „*Verum enimvero intempestive, iners, et ut bene dici potest, alienus a Musis civium tunc temporis viventium animus, ex oblato sibi beneficio lucrum sapienter capere oblatus...*“

Tak pierwotny zamiar szlachetny zaumarł na przeszło 30 lat. Dopiero po uspokojeniu Europy w roku 1816 dekret ś. p. Cesarza Franciszka I., wyrażający Najwyższe życzenie, aby w każdym mieście obwodowem zakładano gimnazya, rozbudził uśpioną przez trzy dziesiątki lat myśl poprzednią. Ów bowiem dekret cesarski stawiał w perspektywie, jeżeli gdzie w takim mieście gmina i obywatelstwo ziemiańskie przyczynią się ofiarowaniem budynku na ten cel, to płace dla nauczycieliw zostaną z funduszu naukowego wyznaczone.

Był wówczas w Bochni proboszczem mąż światły Pius Rieger, zakonu Benedyktynów, którzy tak wielkie zasługi około rozkrzewienia oświaty i kultury w świecie

chrześcijańskim położyli. Ten idąc za szlachetną intencją wspaniałomyślnego Monarchy i za duchem twórcy swego zakonu, podniósł na nowo myśl utworzenia w Bochni gimnazjum. Zwalczywszy wiejskie wpływy nieżyczliwe, potrafił tenże wzbudzić w swoich parafianach zapal do tej sprawy i pozyskał najbardziej wpływowe swym stanowiskiem osoby w mieście, jakimi byli: Naczelnik obwodu bocheńskiego i radca nadworny baron Baum, jego zastępca radca gubernialny baron de Gallenfels i sekretarz magistratu Drda, który gorliwie wspierał ks. Riegera w jego działaniu. Za zezwoleniem naczelnika obwodu zwołano mieszczan na narady dnia 12. października 1817 a ci przez wybranych delegatów objawili swą wolę utworzenia gimnazjum wzniesieniem odpowiedniego budynku na górnym rynku, kosztem rozłożyć się mającym na poszczególne domy. Gdy jednak nie było ani miejsca ani czasu na budowę, poradzono sobie w inny sposób. Było niegdyś w Bochni 5 kościołów, między nimi 2 klasztory, Dominikanów i Bernardynów*). Te ostatnie zostały za Cesarza Józefa II. zniesione. Kościół pierwszego z nich rozebrano, w murach zaś poklasztornych pomieszczono Urząd obwodowy, gdzie obecnie znajduje się Starostwo, na rogu wschodnio-południowym rynku głównego. Klasztor zaś pobernardyński, który stanął niegdyś na miejscu szpitala św. Antoniego przy górnym rynku, zakupił był magistrat miasta Bochni i w celach poklasztornych pomieścił swe kancelarye; kościół zaś drewniany, który stał na miejscu wschodniego skrzydła teraźniejszego gmachu gimnazyalnego, rozebrano i przewieziono do wioski magistratualnej Krzyżanowie, gdzie dotąd stoi.

W celu natychmiastowego otwarcia gimnazjum odstąpił magistrat kilka komnat w tymto pobernardyńskim budynku obok swych kancelaryj. Ogłoszono prowizoryczne otwarcie I. klasy gimnazyalnej, a gdy wpisało się do niej 25 uczniów, rozpoczął, za zezwoleniem ówczesnego Rządu gubernialnego, ks. Pius Rieger, jako prowizoryczny prefekt gimnazjum, naukę wszystkich przedmiotów w listopadzie 1817 r. Po ukończeniu pierwszego roku szkolnego 1817/8 pozyskał ks. Rieger dla swej szkoły drugiego nauczyciela w osobie światłego ks. Józefa Mosera, zako-

*) Reguły św. Franciszka.

nu Benedyktynów; a gdy w końcu Sierpnia 1818 nadszedł dekret cesarski, zatwierdzający tworzące się gimnazjum, objął w następnym roku szkolnym wymieniony ks. Moser naukę w I. klasie, ks. Rieger zaś postąpił ze swymi uczniami do II. klasy.

Nie małe zachodziły trudności w pozyskaniu nauczycieli dla nowego zakładu, albowiem ówcześni krajowcy mało się oddawali temu zawodowi, przeto prefekt Rieger pozyskał chętnych do tego duchownych prawie wyłącznie z innych prowincyi. Oprócz ks. Jana Miki z Wilamowie, przybyli z Morawy lub Szląska ks. Mudarak, ks. Waniek, ks. Watzlawik, ks. Linert i ks. Hruby, ostatni rodem z Czech. Tak wszyscy początkowi nauczyciele tego gimnazjum byli stanu duchownego. W roku szkol. 1819/20 czterej pierwsi zostali mianowani nauczycielami gramatykalnymi; później zamianowano ks. Hrubego i ks. Wanicka nauczycielami humaniorów t. j. V. i VI. klasy. Takim sposobem skompletowane zostało w roku 1822 gimnazjum bocheńskie według ówczesnego systemu.

Już w pierwszym swoim stadium zaszczycony został nowy zakład wizytacją wysokich dostojników, albowiem w r. 1822 zwiedzili tenże zakład radca nadworny Füstel, ks. biskup tyniecki Ziegler i ks. Zacharyasiewicz, dyrektor wszystkich szkół gimnazyalnych w Galicyi; w następnym zaś roku zaszczycony zakład w miesiącu Lipcu przybyciem J. Ces. Wys. Arcyks. Franciszka Karola, syna wówczas panującego Cesarza Franciszka I., którego gościa łaskawość ducha uczniów i nauczycieli podniosła. W październiku zaś tego samego roku J. C. Mość Franciszek I., przejeżdżając przez Bochnię, przyjął łaskawie na audyencyi całe grono nauczycielskie gimnazjum i miłościwie przyrzekł, że i na przyszłość będzie mieć w swej opiece tutejsze gimnazjum.

W miarę tego, jak klas gimnazyalnych przybywało, usuwały się kancelarye magistratualne z po-bernardyńskiego budynku, lecz nakoniec i cały ten budynek okazał się za szczupłym: przeto dobudowano na południowym końcu kilka lokalów a na północnym wzniesiono basztę na wychodki. W r. 1826 oddało miasto c. k. Rządowi nietylko zrestaurowany i rozszerzony budynek poklasztorny z ziemią, lecz także i zakupione sąsiednie ogrody, co dekretem c. k. Gubernium z dnia 1. maja 1826 zatwierdzone zostało.

Tak przyszedł nowy zakład nie tylko do budynku, lecz i do obszaru ziemi, z 2764 sążni □ składającego się.

Nie bez interesu dla potomności będzie tenor względnych dokumentów, wykazujących dbałość mieszczan o dobro przyszłych pokoleń.

